



Pr. 52. n. 1000

9. 29
QVOAD THEORIAM ET PRAXIN
CIRCA MATERIAM

P. 283
LEGATORVM
PERSONIS
INCERTIS
RELICTORVM

BENEVOLO ERVDITORVM IUDICIO
SUBMITTIT

16821345

JOANNES FRIDERICVS STARCKE
SERVESTA-ANHALTINVS.

SERVESTAE
LITERIS CHRISTIANI BOEHMII ILLVSTR. GYMN.
ACADEM. ANHALT. TYPOGR.
A. O. R. MDCCCLIII.



ΑΙΓΑΙΟΥ ΘΑΛΑΣΣΙΑ

MARY TAN AGED

ЧУДОТВОРЦЫ

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
AVGVSTO LVDOVICO
PRINCIPVM ANHALTINORVM
SENIORI REGENTI
DVCI SAXONIAE, ANGRIAЕ ET WESTPHA-
LIAE, COMITI ASCANIAE, DOMINO
BERNBVRGI AC SERVESTAE,
RELIQVA,
ORDINIS EQVESTRIS BORVSSICI AEQVE AC
POLONICI AQVILAE ET NIGRAE ET
ALBAE, ET SVECICI SERAPHINI
DICTI EQVITI
NEC NON
EXERCITVS POTENTISSIMI BORVSSORVM
REGIS LOCVM TENENTI
GENERALI
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO



SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
D I T E R I C O

PRINCIPI ANHALTINO,

DVCI SAXONIAE, ANGRIAЕ ET VVEST-

PHALIAE, COMITI ASCANIAE, DOMINO

SERVESTAE, BERNBVRGI, ET

GROEBZIGII, RELIQVA,

ORDINIS EQVESTRIS SACRAE REGIAE MAIE-

STATIS BORVSSICAE AQVILAE NIGRAE

EQVITI, TVTORI ETIAM AT-

QVE REGENTI

NEC NON

SERENISSIMO PRINCIPI HEREDI ET SVO

TEMPORE REGNATVRO

**LEOPOLDO FRIDERICO
FRANCISCO**

PRINCIPI ANHALTINO, DVCI SAXONIAE,
ANGRIAЕ ET WESTPHALIAE, COMITI ASCANIAE,
DOMINO SERVESTAE, BERNBVRGI ET GROEB-
ZIGII, RELIQVA,

DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS

DOMINI GODUS

PATRIBVS PATRIAЕ
OPTIMIS
DOMINIS SVIS LONGE CLE-
MENTISSIMIS
OMNIVM, QVI GRATIA ATQVE AVXILIO
EGENT,
PATRONIS SVMmis ET GRA-
TIOSSISSIMIS
HASCE PAVCAS PLAGVLAS DEVO.
TISSIMA MENTE
SACRAS ESSE VVLT
NOMINIBVS VESTRIS CELSISSIMIS PARITER
ATQVE SERENISSIMIS

SUBIECTISSIMVS SERVVS
IOANNES FRIDERICVS STARCKE.

PATRIAS PATRIA
OPTIMIS
DOMINIS SAVI LONGE CIVI
MENTISSIMIS
OMNIA, QVATRAGRAVE ALEXANDRO
HELEN
PATRONIS-SUMMIS ET CREA
TIOSSIMIS
ALLEGAVOIS ET CAVAR DEDO
CITISSIMA MENTE
SVCERIS ESSA VANT
LUDOVICVS HESITAN CRISTIANVS
PATERIS INGENIOSUS
JOVANNIS BRIDERICIA STEGEC
SACRAE THEATRUM SCENAE

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
VICTORI FRIDERICO
REGENTI
PRINCIPI ANHALTINO,
DVCI SAXONIAE, ANGRIAЕ ET WEST.
PHALIAE, COMITI ASCANIAE, DOMINO
BERNBVRGI ET SERVESTAE,
RELIQVA,
ORDINIS EQVESTRIS REGII BORVSSICI
AQVILAE NIGRAE
EQVITI
DOMINO SVO CLEMENTISSIMO

REINHOLDI TRINCIPI AE DOMINI
DOMINO
VICTORI FREDERIC
REGENTI
PRINCIPI ANHALTI
DACL SAXONIAE ANGRAE ET AEST
THALIA COMITI ASCANIAE DOMINI
BERNARDI ET SEVERI
REINHOLDI
ORDINIS ESTATUTI REGII HORNASSI
ADIANA MIGRA
AD LIGAT
DOMINO SAO CLEMENSIS

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
REGENTI
PRINCIPI ANHALTINO,
DVCI SAXONIAE, ANGRIAЕ ET VVEST-
PHALIAЕ, COMITI ASCANIAE, DOMINO
SERVESTAE, BERNBVRGИ, IEVERAE
ET KNIPHVSII,
RELIQVA,
ORDINVM EQVESTRIVM SACRAE CAESAREAE
RVSSICAE MAIESTATIS S. ANDREAE,
ET DVCALIS SLESVicensis
HOLSATICI S. ANNAE
EQVITI

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO



DOMINO
FRIIDRICO AUGUSTO
REGENTI
PRINCIPI ANHALTINO
DASICZOMBE ANGELICE ET ALBERT
PHALIE COMITI ASCENSIUS DOMINO
SERVATIUS BERNBURG HERARDE
ET LINNHAEUS
HEDERA
GRADINIA EGYPTIRIA SACRAE CAESARAE
KASSICAE MARIESTATIS ET ANDREE
ET DACCUS SIEAACENSIS
HOLSTADIC ET ANNAE
GAVITI
DOMINO ET GLOMINTISSIMO



I. N. I.

PARS THEORETICA.

DE
LEGATO PERSONIS INCERTIS
RELICTO.



§. I.

on tam ex more, quam potius, vt *Quid sit le-*
omnis euitetur error, & vt ea, quae gatum per-
proponuntur, probe intelligantur. sonae incer-
ne summa imis & quadrata rotun-
dis misceantur, a nobis impetrare etiam.
non possumus, quin definiamus,
quid sit illa res, quam nunc dicen-
dorum esse materiem uoluimus.

Quilibet perspiciet, quod nobis im-
primis personarum incertarum definitio curae cordique
esse debeat, & quod quiduis prius omittere & negli-
gere possimus, quam illam non suppeditare. Ex mea

A

qui-

quidem sententia hunc finem absque orani errore & ueritatis neglectu faciliori modo obtinere possum , si Philosophos secutus hanc notionem ex communi , uel accuratius recepto vnu loquendi erutam tuo , B.L. iudicio humano subiicio . Si quis v.g. legatum uel in testamento , uel ab intestato reliquit illi , qui primus funeri testatoris adfuerit , uel qui mortis tempore consul fuerit Romae , uel qui Caiam vxorem duxerit , uel qui Sempronium ab hostibus redemerit &c. tunc omnes iurisperiti hoc legatum personae incertae relictum iudicant . In his omnibus uero casibus rem atento animo ponderans , animaduertet , has omnes personas ex tabulis quidem testamentariis , sub quarum nomine & codicilli ueniant , aliquo modo , sed tamen non ex iis solis ita posse cognosci , vt quis , etiam si esset Socrates , statim possit dicere , hic uel ille est . Nemo quoque tam hebetioris ingenii erit , qui non praesumat , has etiam personas ipsi testatori fuisse incognitas . Legatum igitur personae incertae relictum , incertum , in certo uel incertis relictum , mihi tale uidetur legatum , quod relictum est tali personae , quam ex solis tabulis testamentariis cognoscere non licet , & quam etiam testator ignorasse est praesumendus .

SCHOLION I.

Apologia definitionis Perilluftr. de WOLFF, qui , quae scripsit ac meditatus est , iam nostrae , in scribendo ac meditando dispersit ac disseminauit in orbis terreni neque rae memoriam sempiternam , & cuius praeceptis aetas mea iustior nescialis est conformata , rigorosissime demonstrauit , in Logica que angustior sua maiori P. I. Sed. II. cap. IV. §. 153. in definitione enumerari

merari debere notas nec plures nec pauciores, quam quae ad *stior sit de-*
rem definitam agnoscendam atque ab aliis distinguendam suffi *finito suo.*
 ciunt, & haec regula lapis Lydius definitionis nostrae erit.
 Nonne ex notis in definitione adlati sufficienter cognosci pot-
 est, quid sit legatum, personae incertae relictum, conuenit
 enim cum recepto, i. e. in arte iuridica proprio vsu loquen-
 di, quod ipse Sphus docet, potest hocce legatum ab omnibus
 aliis legatorum speciebus discerni; percurre enim omnia lega-
 ta, semper inuenies ex tabulis testamentariis, uel codicillis iam
 clare posse cognosci legatarium digito quasi monstratum, uel
 saltim semper inuenies, illam personam testatori fuisse cogni-
 tam. In hoc legato definito diuersum offendis, E. notas,
 quibus illud cognoscas & ab aliis legatis sufficienter dignoscas,
 habes. Quibus perspectis definitionem meam omni carere ui-
 tio concedes, & neque breuiorem neque longiorem desidera-
 bis. Forsan dices, iusto breuior est definitio, addere debu-
 ses, quae tamen, persona, ex euentu, uenia sit uerbo, cer-
 tiorari possit, hoc enim necessario requirunt omnes iCti, &
 si aliud obtinuerit, legatum nullius est valoris. Sed tu, si in
 uerba JCtorum ueterum iurare decreueris, definis testamen-
 tum per iustum uoluntatis nostrae sententiam de eo, quod
 quis post mortem suam fieri uult i. e. ff. de *testam*, ord. uel de
 finis per dispositionem de bonorum vniuersitate post mortem
 in alium transferenda, non ignoras a LL. & DD. necessario re-
 quiri, vt e. g. testator sit pubes, & tamen hoc non addis.
 Si respondes ueritatis amator, hoc ultimum non ad essentiam
 testamenti, sed ualiditatem eius requiri, adeoque definitioni
 inseri non posse, tunc tibi idem respondeo, meque tibi recon-
 ciliasse credo. Sine hoc enim additamento legatum, de quo
 quaeritur, subsistere posse nego, conf. §. 7. Non offendit igitur
 iCtos, qui de huius canonis ueritate non dubitant, quod
 quis in se adprobat, in aliis improbare nequit. Cum autem
 sine hac nota legatum definitum possit agnosci & ab aliis distin-
 gui, optimo iure hanc omisi. Ut definitionem esse legitimum
 A 2 adcu.

adcurius inspiciatur, reddam rationem, cur in definitione addiderim, & quam testator ignorasse est praesumendus. Satisfaciam illi, qui ideo definitionem meam iusto longiorem esse adserat. Posset quis dicere, sine illa nota legatum quaestionis potest ab omnibus aliis distingui, peccasti igitur ipse contra regulam, quam ille Doctorum princeps, quem ipsus ueneror, tibi dedit. Sed hoc illud ipsum est, quod nego. Res exemplo clarior euaderet. Condit quis testamentum, in quo legatum reperitur huius tenoris: heres meus daninas esto 120. solidos dare illi, cuius nomen litteris maiusculis titulo corporis iuris civilis, quod ad me pertinet, manu mea inscriptum inueniet. Id quod etiam tubisllit arg. I 38. de condit, & demonst. I. 77. de hered. insit. I. 25. de reb. dub. STRVV Iurispr. Romano-germanica forensi Tit. XVII. aphor. 2. Si cui legatum incerto relictum audit, vbi legatarius ex solis tabulis ita statim non potest cognosci, ut quilibet, testamento modo perfecto, iam sciat, hic uel ille est, tunc legatum illud eodem nomine insignier. Cum autem nos hunc terminum ex recepto vsu loquendi eruerimus, is uero tale nomen huic legato non imperiat, ut ne etiam hic legatarius a testatore cognitus, factum enim proprium nemo ignorare praesumitur I. 7. ff. ad s. c. VELLERIANVM, multo magis, si eius renouetur memoria, vt quidem hic factum est, cum legatario incerto coque incognito confundatur, haec uerba, quippe quae hunc ab illo distinguunt, addere debui. Nemo igitur mihi uitio uertet, quod haec definitioni adiungere, quam ICItorum circulos turbare maluerim.

SCHOLION II.

Cur definitio additur? Et ne te lateat, quam ob causam dixerim, quem ignorationi additur testator est praesumendus, sic habeto. Nos neutiquam sumus sit est omnibus in casibus certissime affirmare possumus, testatorem praesumendum semper ignorasse personam illam incertam, potest esse & potest est

est non esse, quis potest iudicare de eo, quod in pectore dūs, & in clausum habuit testator, & penitus inspicere arcanas eius co-quo sensu gitationes, saepius tamen continget, vt testator ignoret, & accipiamus rarissime, an uero vñquam certissime ipse nescio, sciet, quis tabulas te- sit ille legatarius, quem se cognouisse celare uoluit. Cum ita stamenta- que faepissime fiat, vt ignoret, ab eo uero desumatur prae- sumtio, quod plerumque sit, STRV VII tract. de iurib. & priuileg. Senectutis cap. 2. n. 15. 16. ideoque ignorasse est prae- sumendum. Summo quoque in gradu probabiles sunt in rebus facti propositiones illae, quae rarissime fallunt. LUDOVICI diff. de probabilitate eiusque effectu cap. 1. §. 5. En firmius ar- gumentum, quod ueritatem non laedit, & definitum magis secernit ab omnibus aliis legatis, etiam ab illo legatario non quidem in testamento nominato, a testatore tamen per prae- sumptionem iuris cognito. Hic uero caue statum controversiae mutet. Breuitatis denique causa in definitione saepius iam me- morata dixi, in tabulis testamentariis. Caue, vt iudices eas tabulas in tam stricto sensu a me sumi, vt hinc uerbis tantum testamentum strictius dictum indigitare voluerim, dixi iam in ipso \$pho, & codicillo a me eo referri, & cur ea libertate uti potuerim, nescire te nolo. Cum enim testamenti nomen e- generale sit, ac codicillos pariter & legata aliasque ultimas uolun- tates comprehendat, ENGELBRECHT ad insitut. Iustinian. exercit. VIII. Thes. 38 ibique citat. LL. & CARPOV P. III. Conf. 4. Def. 3. n. 1. seqq, non quoque incongruum erit, ta- bulis testamentariis latiorem largiri significatum. Cum ego §. 5. legatum etiam in codicillis incertis personis relinqui posse sim adfirmaturus, lector hujus significatus non immemor definitio- nem nostram uitii non incusabit. Nec frustra copiosiores statim in initio fuisse credimus; nemo enim uerba illa ex §. 25. I. de legatis: *incerta autem persona uidebatur, quam incerta opinione animo suo testator subiiciebat*, pro definitione uen- ditabit. Obscurum enim per aequum obscurum, idem per idem explicatur. Praeterea nobis non incognitum est, nonnun-

quam disputari, an aliquod legatum sit legatum incertum. *Conf. STRVV. ad MATTHAEI tractat: de successionibus cap. 9. de legat. §. 19.* Nemo quoque definitionem negatiuam reprehendet, cum terminus definiendus sit negatiuus. Nunc inquiramus, an tale legatum iure relinqui possit,

§. II.

*An legatum per-
sonis incertis
relinqui possit, vbi
distingui-
tur inter
ius uetus,
uetustissi-
num, &
nouum.*

Ne uero omnis nostra inquisitio inutilis & super-
uum perso- uacanea uideatur, inquirendum ante omnia erit, an
nis incertis hocce legatum in §. I. definitum a legibus sit permisum.
*Plurimi ICti e. g. STRVV. Syntag. Iur. Ciu. Exercit. XXXV. Tb. 4. HOPPE Exam. instit. Lib. II. Tit. XX. de leg. qu. 8. ENGELBRECHT. exercit. ad instit. Iustin. exercit. VIII. de legat. & fideicom. Thes. 20. aliique, in eo conueniunt, quod legata personis incertis relicta olim non ualuerint, nituntur, in primis §. 25. I. de leg. vbi haec uerba: incertis uero personis neque legata neque fideicomissa O L I M re-
linqui concessum erat.* Licebat tamen olim sub certa de-
monstratione, i. e. ex certis personis incertae personae

*An iure ue-
teri?* aliquid legare, ueluti ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam vxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato, id quod docet idem §. 25. Nemo uero dubitet, hanc personam omnino esse incertam, hoc nomine enim ab ipsa lege insignitur, & sedulus Lector facile hoc cognoscet ex definitione nostra legibus & recepto usui loquendi conformi. Praeterea sacris constitutionibus erat cautum, legata talia per errorem soluta repeti non posse, per eundem §phum. Ita erat iure ueteri.

II

*An iure
uetustissi-
mo?*

An uero iure uetustissimo hocce legatum fuerit prohibitum, plane dubito. Secundum *XII. tabb. patri, fami-*

§. III.

An uero iure uetustissimo hocce legatum fuerit prohibitum, plane dubito. Secundum *XII. tabb. patri, fami-*

familias liberrima erat facultas disponendi de rebus suis, sic in tab. V. de heredit. & tutelis dicitur : *pater familias vti legaSit super pecuniae tutelaeue Suae Rei ita ius esto*, legata igitur relinquere poterant pro lubitu, vnde argumenta desumeret, qui & his tabb. legata incertis personis relecta reiecta & non potius permissa fuisse adsereret. Non tamen Iustiniano iniuriam facio, eius enim uerba modo indicant, quod eius iam aetate multum temporis praeterierit, a quo hoc legatum prohibitum & ideo lex illa uetusissima magis restricta fuit. Non ignoramus, circa hanc etiam legem successu temporis multa esse immutata conf. HELLFELD hist. iur. Rom. lib. 1, cap. 2. §. n. in vsu ad hanc tab. V. Quando uero his limitibus sit circumscripta, & quando legatum quaestionis illicitum esse coepit, nuspam reperio. Ad praesumtiones igitur consugiendum erit. Hos limites huic legi Ciceronis iam tempore additos fuisse uix credo. Ciceronis enim aetate has tabb. adhuc maximo vsu flouruisse discimus ex eo, quod, qui jurisprudentiae operam dare uellent, ipsa legum illarum uerba, tanquam carmen necessarium editcere cogerentur. Cic. de LL, II. 23. uid. HEINECC. hist. iur. Rom. lib. 1. cap. IV. §. 26. Hic adeo semper, nisi Romanos in inuentum feroce credere uelis, de ualore legum illarum, quatenus contrarium clare non doceatur, praesumtio ualere debet. Praeterea CICERO lib. I. de Orator ait; *Bibliothecas omnium Philosophorum uno duodecim tabularum libello auctoritatis pondere & utilitatis vertute superari*. Constat quidem hanc legem esse imminutam, per legem Falcidiam a Tribuno pleb: P. Falcidio latam A. V. C. DCCXIV. Cn: Domitio Caluino & Assinio Polione Coss. HELLFELD

FELD loc. cit. adeoque temporibus Augusti. Assinius enim Pollio uixit sub Augusto, de quo, Assinio, hoc in primis notatu dignum, quod primus Romanorum omnium scripta sua publice recitarit Vid. IVSTE
LIPSI Epistola de recitatione ueterum Sibrandi Tetardi Siccam
cama tractatui eximio de iudicio centumuirali adiecta, addit
HEINECC. hist. iur. Lib. I. c. IV. §. 129. Per hanc legem
etiam licentiam illam incertis legatum relinquendi esse
ademitam non credet, qui legit uerba huius legis in l. I.
ff. ad l. Falc. vbi inueniet liberrimam legandi licentiam esse
concessam, modo quarta pars heredi satua maneat, & mutatio
non temere extendenda. Mutatam tamen esse
hanc legem docent Iustiniani uerba, sed quando, hoc
incertissimum est. Si coniectura vti licet, legatum
incertis relictum, Hadriani tempore inter res illicitas,
numerari coepisse credo. Sub Hadriano enim Imper.
nouam ueluti faciem induit jurisprudentia, ipse multa
immurauit, eius quoque auctoritate edictum perpetuum
auctore Saluio Iuliano A. V. C. DCCCLXXXIV.
aerae Dionys. 131. est publicatum, & in hoc multa di-
sposita sunt de testamentis & legatis, quod series libro-
rum editi perpetui docet, ex eo quoque tempore non
a XII. tabb. sed ab edicto perpetuo auspiciabantur studia,
ideoque XII. tabb. uilescere coeperunt. Conf. HEINECC.
& HELLFELD. loc. cit. lib. I. cap. 4. Quibus addatur Ar-
thurus DVCK de vsu & auctoritate iuris civilis Romanorum
in Dominiis Principum Christianorum Lib. I. c. 3. §. V. Prae-
terea nescimus, an non hoc legatum etiam in hoc edi-
cto sit prohibitum, fragmenta enim tantum habemus,
haec denique tempora, facile permittunt, nos prae-
sumere, quae ad imminuendam auctoritatem XII. tabb.
aliquid

aliquid faciunt. Quapropter conjectura non tam inepta erit, quae his temporibus initium legati incertis relicti illicitis adnumerati adscribit. Cum Iustinianus institutiones componi iussit saeculo VI, conf. inter alios illusfr. KNORRIVM praceptorum piissime deuenerandum in obseruationibus suis ad prooemium institutionum F. Iustiniani Imperatoris obseru. XIII., & ita tunc ab hac prohibitione ad Iustinianum vsq[ue]c fere IV. saecula praeterierint, confer praecedentia, recte Iustinianus dicere potuit, olim non concessum erat. Sed nihil certi scio & conjecturam tantum facio, quare nemini controversiam moueo, si quis certiora sciat, & hanc materiam dignam iudicet, vt ueriora adducat, ego haud difficulter conjecturam meam deseram, hanc enim opinionem a me amotam uolo, ac si certo crederem.

§. IV.

Quare hanc materiam non tam utilem & incertam relinquo, & me ad utilia conuerto, indagatus, an iure nouissimo legatum incertis relinqu possit. Haud mihi dubium est id, quin omnes facile concedant, & hac in causa liberissimam esse testatoris uoluntatem. Quapropter legibus & DD. consentientibus nimis molestus forem lectoribus, si iusto longior essem. Ipse enim Imperator sacratissimus Iustinianus Tit. l. de legatis postquam a §. 25. usque ad §. 27. d. l. recensuerat, quod olim legata, de quibus quaerimus, licita non fuerint, statim §. 27. addit: sed nec huiusmodi species penitus est sine iusta emendatione relicta, quum in nostro codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in HEREDITATIBVS, sed etiam in LEGATIS & fideicommissis, quod evidenter ex ipsius con-

III

stitu-

B

stitutionis lectione clarescit. Ex quibus itaque elucet , ius illud antiquum a Iustiniano esse mutatum , adeoque nunc licitum esse legatum incertum . STRVV. *Syntagma iur. ciu. loc. cit.* STRVV. ad MATTHAEI tract. de successionib. cap. IX. de legat. §. XIX. HOPPE d. l. HEINECCIUS elementis suis suris ciuilis lib. II. tit. XX. de legat. §. 808. aliique. Nec de ualiditate huius legati dubitare debemus , licet illam constitutionem , ad quam prouocat Iustinianus , amplius non habeamus . Titulus enim ille in Codice de incertis personis non est Authenticus , sed tantum a DD. insertus . BRUNNEMANN in Codicem ad hunc titulum . Quamuis iniuria temporum hac constitutione careamus , hac tamen re nihil magis amissimus , quam quod nunc ex vna tantum , & non ex pluribus legibus hoc probare possumus , vt adeo lex illa Institutionum nobis iam sufficiat , quippe quae iam satis indicat , quod Iustinianus tale legatum ratum esse uelit.

§. V.

An tantum Hic multis forsan Domitius uidebor , quod quae-
in testa- ram , an legatum nostrum partem testamenti tantum
mentis, uel tueri possit , uel an etiam in Codicillis haec legati spe-
an etiam cies locum obtineat . Hoc tamen inquirere opus erit.
in Codicil- Cum olim in genere prohibitum fuerit , vnico casu ex-
lis relinqu- cepto , quem uide §. II. & in genere iterum sit restitu-
posit lega- tum per §. IV. , non potest non de illis ualere , quod
tum de aliis omnibus legatis ualere scimus . Legata enim
quaestio- sine solennitate etiam in codicillis iure nouo relinqu-
nits. possunt , adhibitis modo regulariter quinque testibus l. g.
 §. 1. 5. 6. de iure Codicill. l. vlt. §. vlt. C. de Codicill. WERN-
 UER Compendio iur. lib. u. tit. XV. §. ultimo de leg. & fideic.
 & iii.

& tit. XVI. §. IV. de Codicill. add. STRVV. Syntag: iur. ciu. exercit. XXXV. de leg. & fideic. thes. XVII. Idem iurisprud. Romano-germanica forensi lib. II. tit. XXIV. § 19. vt adeo legatum nostrum & in testamentis & in codicillis relinquendi posse dubitaturum credam neminem. Quod uero mortis causa donatio in incertum ualide cadere possit, inuoluit. Omnis enim donatio mortis causa requirit acceptationem, LUDOVICI usq; Praclico distinct. iurid. P. III. dist. I. p. m. 122. ad lib. 39. tit. VI. ff. de mort. caus. don. & cap. Legatarium uero incertum non nouit testator, & legatarius incertus non nouit testatorem, vnde igitur acceptatio fieri posset. Sentit quidem idem LUDOVICI Doct. Pandect. b. I. s. 4. ualere etiam hanc donacionem sine acceptatione in uim legati, si modo donator gaudeat facultate testandi. Nec errat. Hoc enim ex ipsis legibus probat BERGER Oeconomia iuris lib. II. tit. 2. s. 26., vt adeo haec donatio mortis causa, dono illi centum post mortem meam, qui Caiam ducet, omnino ualeat in uim fideicommissi org. legum quas adduxit BERGER loc. cit. Cum itaque legatum non requirat acceptationem, evanescit hoc casu illud, quod contradictionem producebat. Per se tamen patet, quod adesse debeant, quae ad ualiditatem legatorum requiruntur. Donationes enim mortis causa per omnia exaequauit Imperator legatis. Sed lege GERALDI SCHLITTI nouam distinctionem LUDOVICI distinctionibus I. c. additam, ita tamen, vt memor sis, hanc donationem legati naturam induisse.

§. VI.

Nunc uero toti in eo erimus, vt disquiramus, *Quid ad* quae requirantur, vt hoc legatum ualore suo non deualiditatem

B 2

stitua-

buius lega- stituatur. Primo sciendum est , omnia hic repetenda
ti require- esse, quae de legatis in genere praecipiuntur. Si didi-
tur in ge- ceris , quis legare possit , quae res & quomodo legari
nere. possint , si denique scias, quis legata capere possit , si
ea omnia ad nostrum adplicas casum , quantum modo
fieri potest , non est , quod timeas , ne in errorem in-
cidas. Regulae enim tam diu inhaerere debemus , do-
nec doceatur exceptio , hanc uero ignoramus , & ideo
in negatiua propositione uersantes hoc in casu contra-
rium probandi onus in aliud deuoluimus. Cum no-
bis tantum sit sermo de singulari quadam specie legati,
ad haec generalia a bene multis iamiam explicata le-
torem tantum remisisse satis erit , ea enim res longi-
us nos ab incepto traheret.

§. VII.

Quid ad
ualidita-
tem legati
nostrri re-
quiratur
in specie.

Sed ne iusto breuior sim , singulare quoddam're-
quisitum legati huius adferam , quod ad ualiditatem ab
omnibus desiderari ICtis supra iam monui. S TRYK. ad
L AVTERBACH. Compend. iur. ad tit. ff. de leg. & fid.
verb : INCERTAE PERSONAE addit : modo ex euen-
tu certiorari possit. Cui consentit HEINECC. Elem. iur.
ciu. lib. II. tit. XIV. Inst. §. 538. uerbis : modo euentu uel
ala ratione certae fieri possint. §. 26, 27. Inst. de legaris,
omnesque vno ore adffirmant hoc necessario requiri.
Relege quoque exempla in initio §. I. ex legibus & re-
cepto usu loquendi adducta , ea ita comparata inuenies
ut ex euentu has personas incertas certas fieri posse
cognoscere ualeas. Alia quoque exempla omnia , si
non ex euentu , tamen alia ratione cognosci debent. Sic,
si quis legatum huius tenoris relinqueret : illi , qni filiae
meae manus praebuit auxiliatrices , dum carceri erat
deman-

demandata, quem ego quidem ignoro, quem Caius autem cognovit, quippe ad quem benefactor ille litteras dedit, illi 100. solidos do, lego. Hic haec persona incerta ex epistola certa fieri poterit, E. subsistet legatum, sic in aliis similibus casibus. Quod autem sine illo legatum nostrum validum esse nequeat, partim ex lege citata, partim ex eo cognoscimus, quia, si persona illa incerta ex euentu uel alia ratione dignosci negquit, tunc dubium est, quis sit illa persona, & ideo hoc legatum impeditur per l. 10. ff. de reb. dub., & manet penes heredes, conf. BERGER l. c. lib. II. tit. IV. §. 30. Si enim quis ira dicere, illi, qui in patria mea, a qua nunc abssum, statim post mortem meam primum meminerit, se ea lege esse natum, ut moriatur, 100. solidos lego. In hoc casu ex euentu nihil cognosci poterit, quis enim mortalium omnium cogitationes explorare poterit, ita ut sciat, hic uel ille homo eo momento praे omnibus aliis hominibus hanc uel illam habuit cogitationem, cum nihil singulare sit hac in cogitatione. Hoc itaque legatum non subsistit. Quare iam satis multa scies, si generalia legatorum validorum praecepta, & illud, quod haec persona incerta ex euentu uel alia ratione certa fieri debeat, probe per spexeris.

SCHOLION.

STRYK ad LAVTERB. I.c. recte adfirmat quod nonnun Remouetur quam contingere poshit, vt legatum certae personae reliquum dubium, non debeatur, si non adpareat, quoniam illa sit uid. l. 3. §. 7. quod singul. de admend. uel transferend. legatis. Quare possent quidam lare requiesce, qui crederent, hoc quoque requiritum communem esse situm tolle-

re uidetur, cum omnibus legatis. Sed uerba huius legis haec sunt: -- quemadmodum & adferendum in dando, si non adpareat cui datum sit dicemus, neutri legitatum. Erant scilicet duo Titii, quorum vni tantum aliquid legitatum erat, sed non additum, cui, ideo quia non adparebat, tum de quo quis sit Titius, neutri adscribendum iudicat ICtus. Hic ad dubium uis est persona certa Titius, sed incertitudo exinde oritur, quia detur esse, plures adsunt eiusdem nominis, non est persona incerta, conuenient ualeat. definitionem nostram §. 1., eamque adplica; sed testator non satis adcurate & clare est locutus, & ideo error ex uerbis dubiis auctoris originem dicit. Et hoc in casu uel similibus omnino non negamus, quod persona certa testatori etiam certa esse debeat heredi, ut sciat, cui legarum soluendum. Sed hoc non singulariter requirimus in nostro legato, nos hic determininamus qualitatem legitimam personarum incertarum, requirimus, ut haec persona incerta testatori incognita fieri possit certa heredi, hoc in alia legata cadere nequit. E. est singulare requisitum, quamvis finis cum prioris casus ex I. 3. S. 7. ff. de adm. uel transf. leg. fini conueniat, similitudo tamen finis singulare requisitum non tollit. Alias omnia requisita ad unum reducere possemus generalissimum licet obscurissimum, finis enim omnium requisitorum in rebus testamentariis consistit in eo, ut uoluntas testatoris possit habere exitum. Sed necessitate non adstringimur, ut noua moliamur. Adducam adhuc exemplum legati incerti, quod maxime dubium est, an subsistere possit. Ex mea qualicunque sententia nullo nititur fundamento legatum illi e. g. relictum, cui absque omni furore testatoris iustissimum excitaret dolorem, & qui ex intimitatibus pectoris sui praecordiis Deo gratias ageret, quod defunctus discessu e uita a tam multis liberatus sit malis. Cum enim monente **SALLVSTIO** in bello **Caril.** cap. **X.** auaritia fidem, probitatem, caeterasque artes bonas subuerterit, & Deos negligere edocuerit, ambitio multos mortales falsos fieri subegerit, & teste **CICERONE** in **Orat. pro M. Marcello** cap. **VII.** in animis hominum tantae latebrae sint & tanti recessus;

cui

cui ex sexcentis tristia uestimenta quam animos habentibus, fidem, maximum animi moerorem, maximum maximas Deo agendi gratias studium simulantibus legatum hocce adscribendum putabis. Dic mihi, Apollo eris, & fac, vt persona haec certa fiat, & vt ne dubitare debeas. Noli mihi dicere, obliuioni dedisti, praesumtionum haud exiguum esse vsum in iure, praesumendum est, illum, qui pie defunctum consanguinitate proxime attingit, legatum capere posse. Sed an hic fictio & praesumtio locum inueniat, vbi pedem figat, necio. Cum enim praesumtiones his in casibus desumere debeamus a praesumpta uoluntate testatoris, confer omnes praesumtiones ualidas, & autores, qui de praesumtionibus ultimarum uoluntatum scripferunt, potius praesumere debemus, quod testator de proximis cognatis illud non crediderit, alias eos nominasset. Praesumendum est, testatorem credidisse hoc certe cognosci posse, quis talem se gerere possit, & tunc illi, non cognatis, attribuendum esse legatum. Illa praesumtio de cognatis legatariis maxime ridicula foret, si in uulgo emanasset, testatori cum proximis cognatis ueteres fuisse inimicitias.

§. VIII.

Ex benevolentia testatoris erga legatarium conQuid ad uacuum
cludimus, an subsistere possint legata, nec ne, sic le-
gatum pro tacite admoto habetur, si capitale vel alias non requi-
grande odium testatoris in legatarium ardere incep-
rit, si ad mortem usque durarit, nulla reconciliatione
secuta, nulla ratione eius, quod ille in culparam fuerit,
habita. *Vid. BEYER in VOLCKMANNO emendato P. I.*
cap. IV. in fine, cui addatur BERGER l. c. Fundamen-
tum enim legati est benevolentia ENGELBRECHT. l.c.
& hoc corruente, corruere etiam debent ea, quae illo
nituntur. Sed haec benevolentia legati nostri non
potest esse fundamentum, hic enim eis bene cupimus,
quos

quos non nouimus, & in ignotos cadere nequit benevolentia. Si, persona incerta detecta, hac benevolentia absente, ideo hoc legatum admendum censes, erras. Cessante enim ratione legis, ipsa lex cessat. Dixit quidem Cicero in Oratione supra laudata cap. III. QVO STUDIO INCENDIMVR NON MODO IN GESTIS REBVIS, SED ETIAM IN FICTIS? VT EOS SAEPE, QVOS NVMQVAM VIDI-MVS, DILIGAMVS? Sed Cicero loquitur de illis, a quibus aliquid clementer, mansuete, iuste, moderate, sapienter factum est, quorum igitur incognitorum cognitas uirtutes admiramur, & nobis ad imitandum proponimus, sed nec haec cadunt in personam incertam, cuius uirtutes pariter atque uitia ignoramus, quam ideo, cum maximum amoris incitamentum desit, benevolentia non complectimur. Quilibet facile intellicet, nos hic uerba fecisse de singulari quodam amore, non enim tam iniurius in genus humanum sum, vt neminem mortalium fore crederem, qui officio illi, quod nobis obseruandum inculcat Philosophia moralis, conf. BAVM GARTEN Ethica Philosophica P. I. cap. III. S. II. §. 313. satisfaceret, & omnes, quotquot sunt, optimum quemque & flagitiosissimum; sapientissimum pariter atque stultissimum, si non eodem, tamen aliquo amore dignum iudicaret, vt Deo fieret simillimus. Hic amor vniuersalis non potest esse fundamentum huius legati, tunc enim hic amor numquam abesse praesumendus esset, & illos quoqne diligimus, qui capiti nostro insidias struunt, & sanguinem & uitam petunt. In illo igitur casu, quem supra adduximus, fundamentum benevolentiae non abesset, sed adesset, E. non adimen-

adimendum esset. Sed lege reclamante, & ego reclamo, & amorem singularem, benevolentiam, quae in incertos non cognitos non cadit, fundamentum legati esse credo. Si itaque benevolentia non est fundamentum legati personae incertae reliqui, non aliud nescio, quam uoluntatem testatoris, quae est instar legis, cui heres obtemperare tenetur. I. 14. in f. ff. qui restam facere poss. Not. 22. c. 2. Nec nos nimis anxii esse debemus, ut inquiramus, cur ita uoluerit, nobis iam sufficit, quod ita uoluerit.

SCHOLION.

Ipsa lex de incertis personis ex certis, quam uide § II. An legatos exceptionem docere uidetur. Videtur omnino, si quis *tum incertus* cui quid ex cognatis, qui filiam testatoris in matrimonium dedit personis xerit, legauerit, huius legati fundamentum esse benevolentiam, ex certis sed nec hoc credo. Si rem adcuratius perpendis, facile *relictum* edoceris, non tam in fauorem cognati incerti, quam potius benevolentiam filiae suae prospiciat testator, haec sancta esse. Sufficit, siam agnoscit modo ducat, & uoluntati testatoris iam est satisfactum, adeo scat funditus respectu legatarii non requiratur, ut testatorem semper coadamentum lucit, & ita cor eius inuaserit. Nesciuit enim testator per hypothesis, quis ex cognatis filiam in matrimonium desiderare uelit, si itaque iniurictiae certae fuerint inter hunc uel illum, ut ita dicam, immortales, & hic tunc filiam duxerit, non potest dici, legatum pro ademto habendum, quia amor testatoris defecit. Nam quia ideo non dedit, eum enim ignorauit, ideo quoque tacite ademisse non est credendum, cum nihilominus factum sit, quod testator iussicerit. Pone quoque testatorem tempore mortis ex cognatis neminem amasse, sed singulos plane oculos suos ferre non potuisse, ex hoc multo magis elucet, quod non amore erga cognatos adductus hoc

C

legatum

legatum reliquerit, sed ut saluti filiae suae prospiceret, dum nihilominus testamentum ita condidit, cognatis illis uel tempore testamenti conditi uel tamen mortis tempore inimicis, & testamento tamen non mutato. Habet nihilominus testator, quod uoluit, si quis ex cognatis uel amicis uel inimicis filiam duxerit, & haec semper praeualere debet interpretatio, quae vltimas uoluntates conseruat. *Conf. IO. BRVNNE M. paelect. publ. ad regulas iur. Can. ad libri VI. Decretal. reg. 37.* Nemo hoc facile in dubium uocabit, qui modo meminerit, hnius legati naturam ab omnibus aliis diuersam esse; certum enim legararium nouit testator, adeoque potest esse fundamentum amor, sed hunc ignoravit. Quamuis aliquo modo dissentiatur ENGELBRECHT. I.c. Nemo mihi succenseat, quod tam multa uerba fecerim de huius fundamenti, quod benevolentiam poseit, absentia, hic enim casus saepius contingere potest in alienis etiam cognatis, quia non obstat rationis diuersitas, & multum intererit, ut hoc probe scias, cum multis controuersiis inferuire possit, id quod etiam sequens pars practica clarissime demonstrabit, imprimis vbi de exheredato agemus.

§. IX.

*Explicatur
uferius §.
25. I. de
legat.*

In rem fore puto, si casum saepius obuium maiori inquisitione dignum iudico. Legis, cuius meminimus §. II, & quae extat §. 25. I. de legat., uerba haec sunt: *ex cognatis meis, qui NVNC sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato,* prima hic oritur quaestio, quid illa uerba, *QVI NVNC SVNT*, sibi uelint, an illi, qui uiuunt tempore conditi testamenti, subintelligi debeant, an uero & hoc beneficium cadere possit in eos, qui post illud nati tempore tamen mortis cognati sunt. Quamuis mens potius & uoluntas testatoris, & testamenti sententia quam

quam uerba spectanda sint , interpretatio tamen fieri debet secundum id , quod credibile est l. 24. D. de reb. dub. STRVV. ad MATTHAEVM l. c. de uerb. signific. in leg. BRVNN. ad leg. 7. C. de testamentis , & testatori non perinde fuisse , quis ducat filiam , statim adparet , alias dixisset , quis modo filiam meam duxerit . Valde quoque credibile est , quod testator omnes cognatos eorumque indolem nouerit , & quod filiae salutem promoueri posse perspexerit , si ducat quendam ex cognatis , id quod cum parentis pietate conuenit , hoc uero dici nequit , de cognatis nondum natis adeoque non cognitis . Et hoc in causa est , quod sentiam , heredem illam rem dare non teneri , si ex cognatis respectu testamenti conditi posthumis quis filiam illam duxerit , testator enim heredem onerare uoluisse non est praesumendum arg. leg. 67. §. 5. de usufr. leg. STRVV. l. c. PANTZSCHMAN. de locat. & conduct. qu. XX.

§. X.

Altera quaestio est , an in hoc legato conditiona- Continua-
li , si unus ex cognatis illam desiderarit vxorem , illa tur expli-
uero noluerit , an tunc ab herede legatum petere pos- catio eius-
sit , cum fecerit , quod potuerit . Neutquam . Posset dem legis ,
enim fieri , ut alterum ducat & ducere uelit cognatum ,
& tunc dupli onere premeretur , contra ius fatis no-
tum . Si singuli cognati candidati nuptiales fuerint , illa
uero unum post alterum reiecerit , an tunc illi petere
poterunt legatum , dum ex sua parte uoluntatem testa-
toris impleuerint ? Sed & hic in legato nostro singulare
quid occurrit , hic enim heres nihil praestare tenetur .
Dicas mihi , quis petere uelit , nemo horum di-

C 2

cere

cere potest, ego sub hoc onere legatum petere possum, si ducam, ducere uero uolui, sed noluit. Falsum hoc est; nemini certo relictum est, singuli simul sumti ducere non potuerunt, E. quoque singuli simul sumti, vt inter se diuiderent, legatum petere non possunt iuste recusati. Non enim est praesumendum, quod, cognatis vt faueat, filiam cogere uolderet, vt cognatos sibi maritos eligeret, cum omnia potius in eius fauorem, non uero in eius odium disposita esse supra iam monuerimus §. VIII. Schol. Filia ipsa petere nequit, quia damnum; sed sua culpa sentit, & lucrum tantum cessar, quod obtinuisse, si cognatum hoc legato ditiorem redditum maritum optasset, cum itaque non adpareat, cui legatum hocce incertum debeatur, nullius erit ualoris, & penes heredem maneat, necesse est per § VII. Idem quoque iuris esset, si quis illi, adeoque personae adhuc magis incertae, qui Caiam duceret, 100 solidorum legarum relinququeret, illa uero nemini nubere uellet, easdem ob rationes. Nemo me erassisimae ignorantiae adcuset, ac si nescirem, quod si alias alicui nominato legatum sub hac conditione mixta relictum sit, vt Maeuiam duceret, & is quidem, illa uero nolit, quod tunc nihilominus legatum petere posset, sed ratione huius legis perspecta, illam legem nostram non euertere propositionem, qua aliud & singulare quid de persona incerta adfirmare tenemur, perspicies, ubi enim non eadem est legis ratio, ibi nec eadem legis dispositio, cum lex contraria non adsit. Eruditus lector facile, si rationes nostras negatiuam propositionem tuentes in subsidium uocarit, discrimi-

scrима horum legatorum detegit, vt adeo hoc labore supersedeamus.

SCHOLION.

Hic quoque breuiter monebo, sub nomine cognatorum, De agnatis indicat lex nostra, non subintelligi posse agnatos, ut tis & filio adeo nec hi, si forsitan cognati ducere nolint, uel illa omnes non heredes repudiarit, licet ducant, legatum sperare possint. Quamvis enim Sacratissimus Imperator Iustinianus differentiam inter agnatos & cognatos sustulerit, & eorum iura paria esse iusserit, diuersum tamen mansit nomen, & illis modo idem ius est adscriptum in successionibus ab intestato, quippe in quo tantum catu, proximioribus deficientibus, agnati uel cognati, qui modo ex illis proximiores sunt, de iure petere possunt hereditatem *STRV. Iurispr. Romano-Germanica forensibus II. tit. XXX. aphor. 2. in f.* illos praeterire testamento licet testatori, nostra vero lex fatis clare indicat, quod ultima voluntas adsit, E. eorum quoque iura paria cessant, & cum nomen adhuc sit diuersum, testator vero tantum cognatos nominavit, ad agnatos non nisi iniuria extendi potest. In obligatione enim conjectura extendens obligationem non temere est admittendi. *GROTIUS de I. B. & P. Lib. II. c. XVI. de interpret. §. 20.* Ut denique in hac lege nihil sit, quod non fuerit explicatum, attentus lector ex hac lege hoc suspicabitur, nam certi nihil scio, quod pater testator filiam uel non heredem instituerit, uel illi saltum coheredem adiunxit, & coheredem illum legato quodam onerarit, quod fieri posse nemo negat, nam probe distinguuntur filia & heres. Nemini mirum uideatur, quod nos etiam praefumamus, patrem filiam exheredesque uel praeterisse, nam haec prae sumptio plane subsisteret potest, si memineris, hanc legem enarrare, quid olim licuerit, *conf. §. II.* patri uero ueruissimis temporibus hoc ius erat, vt arbitrio eius omnia starent, *HELL-*

FELD. hist. iur. Rom. lib. 1. cap. II. de leg. XII. tabb. §. XI.
in vñ ad tab. V. Et cum haec lex iterum sit confirmata per
legem subsequentem, in hoc etiam casu subsistet iure no-
uissimo, si filia sit iuste & rite exheredata, in tantum haec lex
correcta est Nou. 115. conformiter, si quoque filiae ad mini-
mum legitima titulo institutionis honorabili, vt practici loqui
amant, sit relicta, & coheres sit, idem pronunciandum erit,
sed hoc vberius deducere, cum ad generalia ultimatum uo-
luntatum pertineat, non est huius loci, & magis ad theoriam,
quam ad praxin haec ultima inquisitio spectat. Non est opus,
vt repetam, quod idem valeat e. g. in hoc uel simili legato:
Caius heres meus esto, heres meus illi, qui, uel qui ex Mae-
tii cognatis, Semproniam duxerit, 100. solidos dare damnas
esto. Hoc uero adhuc moneo, hunc casum saepius obuium
fore.

§. XI.

*Quae lega-
ta legatis
incertis
adnume-
rentur,*

Pauperes incertis aequiparantur, & iis efficaci-
ter legatur per l. 24. 28. 49. C. de Episc. & Cler. Nec in-
iuria. Nam si quid his in testamento est relictum,
praesumere (I) non possumus, quod testator omnes
pauperes nouerit, cum eorum numerus mox augea-
tur, mox minuatur. (II) Ex ipsis tabb. non statim ad-
paret, quinam sint illi pauperes, vt adeo recte legatis
incerto relictis adscribi possit talis ultima uoluntas.
Licet quoque non additum sit, cuius regionis pauperi-
bus legatum hocce sit relictum, nihilominus subsistit,
& intelliguntur pauperes illius loci, vbi testator uixit,
uel si in hac regione, quod tamen uix continget, nul-
li adsint, uicinis est clargiendum BRVNNEM. ad l. 49.
C. de Episc. & Cleric. Quia, ex mea quidem sententia,
horum miseras ipsi testatori p[ro]p[ter]e aliis notas fuisse, ideo-
que

que eorum squalore ipsum adductum fuisse testatorem
pietatis studiosum praesumo. Si tamen hocce legatum sit
magnae quantitatis, non facile vni est conferendum, cum
testator pauperum inopiam subleuare, non uero ex pau-
peribus diuites reddere uoluisse sit praesumendus,
M Y N- SING. *Cent. V. obs. 67.* Si adsit Xenodochium, Xenodo-
chii debetur legatum, & quidem, si plura, puperiori
conferendum, quia testator illi maxime fauisse prae-
sumendus est, si uero nullum sit, mendicantibus ma-
xime illius loci, vbi defunctus uixit, adscribendum est
per *Citt. legg. & BRVNN. l. c.* Itidem, si Deo uel Sal-
uatori legatum sit relictum, pauperes intelliguntur, li-
cet nulli sint nominati, non uero fratribus mendicantib-
us attribuendum, si pauperibus legato bene cupi-
uerit, sed prochotrophio, uel pauperibus eius loci,
vti iam diximus, in quo testator domicilium habuit,
nec executori facultas eligendi alterius domicilii pau-
peres competit, vt hoc comprobatum iuit *S T R V V .*
ad MATTHAEI tract. supra cit. cap. XI. de uerb. signif.
in legat. §. 24. Si ecclesiae relictum, nec additum sit cui,
intelligenda est ecclesia, in qua testator morti iam proxi-
mus sacris est vsus. Si sancto alicui, ecclesiae adscribunt
DD, quae hoc nomen gerit, si duo templa eiusdem no-
minis, illi, in qua sacris est vsus, si in neutra sacram coe-
nam sumserit, pauperiori debetur, quia illam elegisse ui-
detur testator, cuius respectu maius charitatis opus exer-
ceret. Quilibet quoque mihi concedet ex eadem fauoris
praesumtione, quod ecclesia domicilii ecclesiae in aliis lo-
cis sitae sit preferenda, alias si in loco domicilii talis ec-
clesia non sit, sed in aliis regionibus detnr, uiciniori
adscri-

adscribendum iudico. Si nuspia^m sit, ecclesia domicilii legatum accipiet: est enim tantum falsa demonstratio, quae legatum non uitiat. Cui uero, si in vna ecclesia sacram coenam sumserit, altera uero sit pauperior, uel si ecclesiae diuersae sint religionis, debebis legatum? In posteriori casu ex eodem maiori fauore adscribendum ecclesiae, quae cum testatore eadem approbat fidei dogmata; in priori autem casu ecclesiae, in qua sacram coenam sumvit, hanc enim testator, praesumimus, maiori amplexus est amore, illa enim ipsi suppeditauit, vbi animus ex strepitu mundi est relaxatus, & ex peccatis moestus refectus atque recreatus. Quod uero talia legata subsistant, & ita distribui debeant, legibus ratum haberi iudicabis, si euolucas ENGELBRECHT. l. c. STRVV. l. c. BRVNNEM. iur. eccl^e. lib. II. cap. XII. §. 14. STRYK. ad hunc BRVNNEM. §phum, STRYK. ad compendium iuris LAVTERBACHII ad tit. de legat. & fid. ad uerb. INCERTAE PERSONAE. Si definitionem nostram probe perspexeris, non negabis, & haec vltima legata legatis incertis adnumeranda esse. Manebit quoque idem legatum, licet pauperes domicilii legatarios esse uoluerit, modo non dixerit, Caio & Sempronio, pauperibus, legatum dare teneatur heres, tunc enim persona certa est. Si quoque testator ecclesiae, in qua vltimo sacra coena est vsus, uel ecclesiae e. g. Mariae, cum harum vnam tantummodo in domicilio esse certo sciuerit, aliquid reliquerit, legatum incertum plane non erit, quamuis haec disquisitio nullum adferat vsum, subsisteret enim nihilominus, quod nemo sanae mentis negabit, si enim incer-

incertis relinquī potest, cur non certis? Sed aliena missa facimus.

SCHOLION.

Nos diximus §. VIII., quod fundamentum legati nostri *Remove-*
non sit benevolentia, multa tamen deduximus in §pho hoc *tur dubi-*
ex fauore maiori testatoris; quare uel hoc uel illud falsum esse um contra
uideri posset, saltim adfirmare deberemus his in casibus be §. VIII.
neuolentiam omnino esse fundamentum huius legati. Sed, prolatum,
quamuis hoc dubium maioris sit momenti, nihilominus ue *vbi tamen*
ritas illa in §. VIII. adstructa stat inconcussa. Nos, qui ICtis *propositio*
hunc fauoris vsum adfirmantibus adsentimur, non ideo credi *ibi suppedi-*
mus, quod fundamentum sit benevolentia, sed cum plura *tata articlo-*
hic occurunt corpora, quorum tamen vni tantum adscriben- *ribus limi-*
dum docent tabb. testamentariae, hanc, vt ne legatum uiribus *tibus cir-*
sus destruitur, adprehendimus explicationem, quam ipse *cumscribi-*
testator ex praefumptione iuris nec minus pietatis, si eum ui-
uum iam certiorem fecissemus, quod dubium foret, cui ex
hijs pluribus candidatis legatum adscribendum, adprobasset;
& huius ope uoluntas testatoris habet exitum, quem alias non
haberet, & ideo haec explicatio est genuina. Si quid recte
senserim, in hoc errore me non decipi, inuenies, si rationes
ICtorum & LL. quibus adducti ita pronunciandum iudicamus,
inquisueris, Nihil quoque dubii restabit, si probe consideres
rationes, quibus permoti pauperibus in loco uiciniori, si locus
domicilli fortunatissimi non nisi diuites alat, legatum adscripti-
mus. Hi enim pauperes saltim plerique ipsi incogniti fuere,
in ignotos uero cadere nequit benevolentia per §phum no-
strum & §phum VIII., vt adeo nullum aliud argumentum
in medium proferre possis, quam vt ne uoluntas testatoris exitu
careat. Satisfaciam etiam tibi, eruditte lector, si aliud obti-
nere debere in apertis inimicis & exheredato, ueritate ad-
clamante, sentias. Sed ad locum commodiorem ad §phum

XX. in Schol. te ablegabo. Maiorem ueritatis speciem, quam quoque superare haud exigui laboris erit, prae se fert, si testatorem fingas iuris peritissimum. Hic enim saltim praesumtive iam sciuit, quod pauperibus uicinioribus, uel si adsint, pauperibus loci, in quo uixit, cognouit, quod ecclesiae pauperiori, si duae sint eiusdem nominis, uel ecclesiae, in qua sacrificis est vius, legatum debeatur, ipsis non ignotum fuit, quidaliis in casibus omnibus, quos in spho commemorauit, obtineat, E. ueritati non tam contradicere uidetur, quod haec corpora uel moralia uel physica beneuolentia complecti, & ideo saltim in eo fundamentum legati beneuolentia esse potuerit. At uero, licet hanc scientiam in dubium non uocemus, nihilominus beneuolentiam huius legati iucitamentum suisse non credimus. Quod enim attinet pauperes in loco domiciliis uel quoque uiciniores, dici non potest, quod haec scientia tollat ea, quae diximus, cum ipsis pauperes tamen omnes non nouerit, & si quoque quosdam ex hac tristi multitudine nouerit, seire tamen non potuit, an non hi tempore mortis uel absfuturi sint uel diiores facti, vt pauperibus adnumerari amplius non possint, & hoc ipsis incognitum fuit. Quod attrinet ecclesiam pauperiorem, haec notitia non in iure, sed in facto subsistit, & patrimonium ecclesiarum diuersarum adcuratissime scire perquam paucis contingit, E. non praesumentum. Probabile quoque est, quod hos absque omni erroris metu non sciuerit, dum sciens hoc disquirendum ecclesiae vtriusque patribus relinquere uoluit. Cur enim, si sciuisse, non indicasset? Sola praesumtio, quae noluisse adserit testatorem, mihi ridicula uidetur. Hoc uero opus, hic labor erit, conciliare cum principio nostro, quae sequuntur. Sume, id quod quoque non incognitum fuit testatori, licet tantum dixerit ecclesiae, tamen adscribendum esse legatum ecclesiae illi, si plures sint, ex cuius ministrorum manibus accepit ultimo, vnde animus eius recreetur, & quae illum docuit uiam,

qua

qua possit peruenire ad coetum beatorum. Secundum nostram cognitionem hodiernam, cum principiis nostris pertinaciter inhaerere nolimus, non dissimulare, sed praenobis ferre debemus, in hanc ecclesiam omnino cadere posse benevolentiam, & ideo hanc fundamentum esse potuisse legati, quod quoque non praesumere inhumanum fore, dum efficaciter bene voluerit illi. Nos igitur nos ipsos refutamus, ex quo inimici, ne dicam malevoli, qui proximum atro notare solent carbone, probos enim admonere superuacaneum fore, discant, quod in nostra uerba, minime iurauerimus, & quod etiam ab aliis, ueritatis amore adductis, doceri uelimus quam lubentissime. Spum igitur nostrum ita restringimus, ut benevolentiam fundamentum legati incerti negemus, excepto illo vnico casu, quem modo memorauimus, nisi subtilius disputare, & hoc legatum in legatorum certorum numerum referre uelis. De illiteratis autem uel in iure non uersatis aliud credimus, hi enim hoc saltim certo nesciunt, nisi sint informati ab aliis, & tunc hoc in casu cum l*Ctis* sunt conferendi, de quibus ideo tunc idem, quod de litteratis & iurium peritis, ualebit. Exinde uero non in profundum cadit uirtus huius principii, nam haec limitatio quidem in theoria usum suum habet, sed neutiquam in praxi. Si enim usum quendam haberet, haberet in tacite admendo legato huiusmodi ob absentiam benevolentiae, sed neque respectu testatoris piissimi, neque respectu ecclesiarum, quod enim patres earum committunt, ipsis imputare iniquum est, haec adesse potest, cum pietatis, quae ipsum incitauit, absentia, & iniuria nunquam praesumenda sit, quilibet enim praesumitur bonus, donec probetur contrarium.

§. XII.

Huic legato personis incertis relicto non repugnat, *Quae sit* quod possit esse legatum purum, conditionale, *qualitas*

D 2

in

buiusmodi in diem , ex die , sub modo , & si quae adhuc aliae
legatorum species sunt , modo non sit persona certa
 legatarius , tunc enim inuoluit . Exempla legatorum
 incertorum & eorum quidem purorum & conditiona-
 lium habemus in ipsis legibus *uid. §. I.* Et cur non
 subsisteret legatum , si quis ita ordinaret : illi , qui
 Caiam ducet , a tempore mortis meae vsque ad eius
 annum 60. uel a die , qua 60. annum intravit , usque
 ad exitum uitae heres meus singulis annis 10. aureos
 dato , cum enim hoc non sit de genere prohibitorum
 est de genere licitorum , & disponere potest libere re-
 stator , quatenus non prohibent leges . Insignem ita-
 que vsum praebet nostra in materia horum omnium
 legatorum cognitio . Ex legato enim incerto tantum
 ex post facto cognoscimus , cui personae debetur , non
 uero ex eo , qua tali , perspicimus , quomodo debeatur ,
 vt adeo neque legatario , neque heredi iniuria fiat ,
 haec imbibisse iuris oracula , utramque faciet pagi-
 nam . Quae uero omnia a nobis doceri a scopo no-
 stro alienum est . Dixi , quod modo non possit esse ,
 vt ita dicam , legatum certum , nam simul incertum
 & certum esse contradictionem parit . Si tam mi-
 rum caput esset , qui ita diceret , qui tempore mortis
 consul Romae erit , si erit Titius , 100. aureos heres
 ei soluere debet . Hoc legatum non erit incertum , *uid.*
def. in §pho I. ; sed certum & id quidem conditionatum ,
 vt adeo perinde sit , ac si dixisset , Titius , si mortis
 tempore Romae consul fuerit , 100. aureos habere de-
 bet ab herede , & hanc explicationem adprobamus ,
 quia legatum subsistere posse adsimilat , & nos magis
 rem

rem ipsam quam uerba curare tenemur per § pbum
IX.

§. XIII.

Cum nunc perspeximus, quid sit legatum in-
certum, & quae personis incertis aequiparentur; hic tum quae-
demum locus nobis commodior uideatur, indagaturis, sionis sit
an hocce legatum cum praeceptis a natura inditis iure natu-
conueniat, an leges Philosophiae moralis atque cniilis rae lici-
idem permittant. Nescimus, an haec materia iam sit
specialiter pertractata, eo alacriores igitur rem adgre-
dimur, confidentes, fore, vt, qui nihil ueritatem
ignorare cupiant, ueritatis amore hoc perlegant. Ho-
munculos uero non curo. Quod itaque primo attinet
ius naturae, cui nihil plane iuris est incognitum, quod
est omnium legum fons vberissimus, aqua, quae ex
eo hauriri non potest, corrupta est, & nullum est, cir-
ca quod ius uersari potest, cuius decisio ex eo non
propullulet. Conf. B. PVFFENDORFE. praeclarione ad
lib. de Off. H. & C. §. 3. 4. ibique WEBER. in notis. Si itaque
quaerimus, an ius naturae ignoret, an iustum sit le-
gatum incertum, tuto adfirmare possumus, quod &
hanc materiam indecisam non reliquerit. Agit enim
ius naturae etiam de dominio uide GROTIUM de iure
B. & P. lib. I. c. I. §. 10. aliquie innumeri & ueteres & re-
centiores iuris naturae DD., & ex hoc decidamus
quaestionem. Nullum enim plane est dubium, quin iu-
stum sit. Cum ex iure naturae constet, quod nemo
possit disponere de re aliena, adeoque nemo possit
condere testamentum, de rebus ad ipsum non perti-
nentibus, de rebus uero propriis, quae in nostro sunt

D 3

domi-

dominio , disponere , adeoque & de iis in vltimis uoluntatibus disponere possumus. Dominium est ius de re quadam pro lubitu disponendi , quae adeo in nostro sunt dominio , de iis possumus disponere pro lubitu , ideo etiam in vltimis uoluntatibus de iisdem pro lubitu disponere possumus. si etiam pro lubitu in vltimis uoluntatibus disponere possumus de rebus ad nos pertinentibus , in iisdem etiam disponere possumus ita , vt dicamus , hic uel ille , quicunque sit , quis demum post mortem meam reperiatur , qui hoc uel illud faciet , habere debet hoc uel illo modo hoc uel illud ex hereditate mea , dum enim uiuimus , res adhuc in dominio nostro sunt. Hoc legatum dicimus legatum incertum per §phum I. E. legatum incertum a iure naturae non reprobari , nisi talpa sis caecior , uidebis.

SCHOLION.

*Explicatio
nonnullo-
rum uer-
borum in
§pho occur-
rentium.*

Dixi *ex hereditate mea* , per hereditatem intelligimus omnia bona , quae testator uel defunctus relinquit , vt adeo legatum a testamento distinguamus , non omnia bona hic intelleximus , sed tantummodo quedam ex iis. Dixi *ut dicamus hic uel ille* , non addidimus in testamento , in codicillis testamento adiectis , in codicillis ab intestato , in codicillis scriptis & nuncupatiuis , hos omnes terminos notos fingo , & haec omnia sub hoc uerbo tacite intelligi uolo , & haec tam generalis licentia ex eodem dominii riuulo uberrimo fluit. Quatenus uero res in domino minus pleno est , quatenus hoc dominium restrictum , eatenus quoque restricta est haec licentia , quatenus aliqua de re contractus ualide est initus , eatenus disponere impedimur de eo , quod cum hoc contractu pugnat. Sunt axiomata iuris naturae aliis iam locis demonstrata.

§. XIV.

§. XIV.

Vide, quam facili negotio e iuris naturae doctrinis *An consenserui potuerit, legatum incertis relinquere posse, & quam tiant leges haec ueritas sit luce meridiana clarior, & omni dubio morales. carat, sed caue, iudices, eodem negotio doceri posse, quod philosophia moralis idem permittat.* Nam hic labor difficilior erit, & graue moueri potest dubium. Omnes legum moralium periti confirmant dictum *SENECAE de beneficiis lib. 1. cap. 1.*, quod beneficia in indignos conferre non debeamus, & quod nobis perinde esse non beat, cui conferatur beneficium, sit dignus uel indigus. Legatum uero est beneficium, *conf. def. legati & def. benef.*, E. quoque testatori, homini, non perinde esse deber, cui conferatur legatum, sit dignus uel indigus. Perinde uero uidetur esse testatori, quis sit, si modo hic uel ille sit, hoc uel illud faciat, E. contra hoc praeceptum peccasse uidetur testator, dum incertum relinquit legatum. At uero, quamuis inficias ire nequeam, maximi momenti esse dubium prolatum; legatum tamen nostrum conciliari poterit cum regulis philosophiae moralis. Inquire rationem, cur indignis beneficia conferre illicitum sit, hanc adprobabis, ne bona nostra dilapidantes prae-miis indignos ad uitia inuitemus, & vt uitae genus, quod ipsos indignos reddit, deserant, vt sentiant, quod Deo atque hominibus inuisi sint. Si itaque in illis beneficia collocaremus, uiderent, quod hominibus placent ob uitia, ideo quia sunt indigni, & sceleratis iam satis est placere hominibus, uitiiis in dies singulos crescent, E. se ipsos imperfectiores reddent nostris

nostris praemiis & illecebris , hoc uero pugnat cum
regula illa satis nota , ne te & alios imperfectiores red-
das. Si uero beneficium , quod a defuncto profici-
cebatur , in incertos collatum , & ipsum legatarium
satis accurate perpendis , rationem , ob quam erga in-
dignos benigniores esse non debemus , hic plane exu-
lare inuenies. Nam legarius incertus cogitare ne-
quit , quod ideo , quia est indignus , testatori placue-
rit , quod ideo hoc beneficium in eo sit collocatum ,
quia mala illi abunde omnia sint , non potest confide-
re ut praemium uiorum , nec ideo hac ex benigni-
tate defuncti ad uitiorum uiae tenacius inhaerendum
instigari , testatori enim fuit incognitus per §phum I.
saepius memoratum En maximum discrimen inter alia
beneficia in indignis collocata & inter hoc , alios enim
beneficiarios nouimus. Quis de iure potest reprehendere Deum , quis , qui modo Deum ex lumine ratio-
nis uere cognouit , adfirmabit , Deum sceleratis , qua-
talibus , beneficia dare , si teste experientia , scelestum
eorum caput radiis solis illuminat & calefacit , si eos
natos esse uoluit in regione amoenissima , quae ni-
hil reliqui facit , vt hominum mentem recreet , si eis
uitam concedit longissimam , si nonnunquam , quae ho-
mines arant , aedificant , nauigant , eorum uitiis pare-
re patitur ? Si sceleribus deditus iudicio pollet , hoc be-
neficium respectu hominum , quibus placere cupit ,
non consulto sed fortuito in ipso collocatum animad-
uerteret. Non actiones sapientissimi numinis plane con-
ferimus cum actionibus humanis , aliquo tamen modo
aliquid faciet ad propositum nostrum. Nos non inqui-
rimus ,

rimus, quare Deus nonnumquam bene cupiat sceleratis, quos tamen nouit, hoc adscribemus, vti Doctores & naturalis & reuelatae religionis iam dudum rigorosissime demonstrarunt, prouidentiae diuinæ, quam nos intellectu limitato praediti de Deo incomprehensibili iudicaturi taciti ueneramur. Si itaque testator praemia non exhibit indignis, qua talibus, indignos etiam, vt uitiis crescant, inflammare, adeoque eos beneficio suo imperfectiores reddere dici nequit. Cur itaque haec illi benignitas interdicta esset? Multo magis licitum est hoc legatum, cum enim respectu hominum eueniant omnia haec fortuito, respectu Dei uero nihil contingat casu, conf. notionem casuum & omniscientiae diuinæ apud BAVMGARTEN *Metaph.* P. II. C. I. S. II. §. 383., digni legatarii pro gratia Dei & incitamento ad uirtutes habere possunt & debent, indigni uero ex hoc discant, quod Deus ipsos beneficiis quasi cogere uelit, vt illi seruant, & uirtutes exerceant, E. nostra culpa illos imperfectiores reddi dici nequit. Si itaque in genere licitum est hoc legatum, multo magis licitum esse debet, si eis relinquimus legatum, vt aliquid faciant, quod eos dignos reddere potest. Quamuis ideo dignos semper non putemus, quando per illos satisfit testatori, nec ideo, quia e. g. casu primi fuere, qui funeri defuncti iusta soluere uoluerunt.

§. XV.

Faciliori & fere nullo labore decidi potest illa *An prin-*
quaestio, an hocce legatum cum principiis politicis *ceps posse*
conueniat. Primo quaeramus, an princeps iuste agat, si *legibus con-*
E *talia*

firmare sa- talia legata relinquendi libertatem legibus confirmet.
 le legatum, Nihil est, quod metuam, ne in errorem incidam, si
 uel an legi- hoc adfirmem. Cum enim hocce legatum per §.XIII.
 bus tollere iuri naturae, & per §phum XIV. philosophiae morali
 illam liber- conueniens sit, & libertas ciuium salua republica tolli
 tatem pos- non debeat, consilia illa sunt iustitiae & pietatis socia,
 sit. quae & hanc libertatem ciuium saluam esse iubent. Sua
 itaque laude non caret Iustinianus Imperator sacratissimus,
 quod libertatem ueterum reuocarit, & denuo
 legata incerta ualide relinquvi posse uoluerit conf. §§. II.
 IV. Secundo, an princeps legibus hanc libertatem legata
 etiam incerta relinquendi tollere possit. Cum prin-
 ceps, cui uolue est, non vlo claudicare officio, ni-
 hil legibus damnare possit, nisi quod pestem quandam
 reip. minatur, reliqua uero omnia permittere teneat-
 tur, id quod ex concessa a populo maiestate eluet,
 hoc uero legatum incertum salua republica licitum
 esse possit; illi quoque hanc libertatem naturalem per
 §phum XIII. tollendi ius non erit. Prodest quidem rei-
 publ., ne dominia rerum sit incerta, vt adeo, si hocce
 legato dominia incerta forent, illud omnino prohibere posset. Sed cum hocce in legato haec persona
 debeat posse certiorari, alias non ualet per §. VII. tunc
 statim dominium rei certum est, pertinet enim ad le-
 gatarium; si quoque certiorari non possit, manet pe-
 nes heredem per eundem §phum, & dominium nihil-
 minus certum est, pertinet enim ad heredem, E.
 Vtroque casu hocce legato dominia rerum non fiunt
 incerta, E. & haec causa prohibitionis cessat. Si uero
 in quadam rep. magnac ex hoc legato uel specie hu-
 ius

ius legati saepius obuii ortae fuerint lites, & familiis quibusdam interitus exinde propinatus fuerit, cum reip. intersit, lites, quantum fieri potest, minui, & domus conseruari saluas, principi omnino ius erit hocce legatum uel hancce speciem huius legati legibus damna-re. Cum principium iurum maiestaticorum in salute reip. positum sit uerissimum, illud quoque, quod ex eo prono fluit alueo, tam certum erit, quam quod certissimum. Non itaque plane reprehendimus ue-teres Romanos medii aeui, qui hocce legatum, vni-ca modo specie excepta, inter uetita & illicita numera-runt, conf. §. II. Haec uero generalia ad theoriam per-tinentia sufficient, ad partem practicam bono cum Deo nos conferamus.

PARS PRACTICA. DE LEGATO PERSONIS INCER-TIS RELICTO.

§. XVI.

Hoc nunc labore peracto, & illis, quae ad doctri-nam huiusmodi legati pertinere nobis sunt uisa, *ad partem* ex qualicunque iudicio nostro adcurate traditis; prin-*practicam,* cipia illa ad casus quosdam obuios, quos in primis at-*& quae in* tentione dignos iudicamus, sumus applicaturi. Cum-*bac sint di-* que iam in §pho VII. adstruxerimus, quod persona illa *cenda,* incerta beat fieri posse certior, pro ingenio nostro

has personas incertas ex euentu certas fingamus, & quid in hoc uel illo casu ex nostra sententia iustum sit, sumus explicaturi. Initium igitur faciamus cum persona turpi herede instituta, & persona incerta, quae postea reperitur frater, cui debetur legitima.

§. XVII.

*An frater, cui debetur legitima, si hanc accipere posse per legatum incertum, possit adhuc testamentum infringere in querela inofficiosi inhere-
dem turpem personam posse frater ini- que exhe- redatus ab leu. not. mac. BERGER. Oecon. iur. lib. I. tit. II. thes. 13. & bereditate depellere.*

Ponamus igitur hunc casum : moritur Titius, relinquit testamentum, in quo illi, qui tempore mortis consul in ciuitate A. esset, legatum 100. aureorum constituit, & Caium personam turpem uel leuis notae macula laborantem heredem instituit. Reperitur postea persona illa incerta frater defuncti consul in ciuitate A., quem in testamento inique exheredarat. Quae- ritur, quid hic iuris, primo an legatum accipiens pos- sit adhuc petere legitimam, secundo an legitimam re- pudians possit testamentum querela inofficiosi in- fringere. Satis constat ex iure, quod frater relinque- re debeat fratri legitimam, si turpem uel leuis notae macula laborantem personam heredem instituat, fra- trem uero non iuste exheredet *Nou. 22. c. 47. STRVV. iurisprud. Rom. forens. lib. II. tit. XXI. §. 1.* Hic missum facimus, quis leuis notae macula laboret, uide interim *STRVV. l. c. lib. I. tit. XIII. §. 8. 9. HEINECC. Diff. de redatus ab leu. not. mac. PHILIPPI vñt. pract. instit. Iustinian. lib. II. tit. XVIII. Ecl. LXX.* In hoc uero casu inique est exheredatus frater, E. querela inofficiosi locum obtainere posse uidetur; sed haec cadit, si agnita ultima uoluntas testatoris *STRVV. l. c. lib. II. tit. XXI. §pho ultimo.* Dum igitur accipit

accipit legatum incertum, querela inofficioſi experiri nequit, quāniuis, ſi hoc legatum non exhaustat legitimam, quam alibi aliis determinandam relinquimus, actionem ſuppletoriam iſtituere poffit. *Vid. HOPP. Exam. iſtit. lib. II. tit. XVIII. de inoff. teſtam. qu. 13.* Si quoque repudiauerit legatum, forſan minimum, querelam quidem iſtituere poterit, non tamen cum eo effe-
ctu, vt totam hereditatem confequatur, & heredem turpem ab hereditate depellat *conf. BRVNNEM. ad l. 27. C. de inoff. teſt.* Nam frater nihil amplius petere potest quam legitimam, hanc ſi illi ſoluit heres, contentus eſſe debet. Licet quidem iure nouo libris & parentibus legitima titulo institutionis relinqu debeat, *VNGEPAVER. Exercitorum tuſinianeorum exercit. VIII. BRVNNEM. ad authenticam nouiſſimam C. de inoff. teſtam.* aliud tamen obtinet in fratribus, his enim quoque titulo, E. & legati titulo relinqu potest, quia iure nouo respectu fratrum hoc non mutatum eſt, *conf. HOPP. l. c. qu. 12.* Si itaque illi ſoluitur legatum tan-
tum, quantum requirit legitima, uel per actionem ex-
pletoriā agenti, quod potest, ab herede adhuc da-
tur, quod legitimae deſt, contentus eſſe debet.
Nulla enim actio ipſi a legibus datur, ſi agit hoc in ca-
ſu, agere deberet, vt legitima confequeretur, hunc
ita agentem statim repellere potest heres, opponendo
illi exceptionem, habes, quod petis, habes titulo lega-
ti, & quoque titulo legitima tibi debita relinqu potest.
Si in replicis hanc exceptionem elidere ueller,
quod haberet hoc legatum non ex uoluntate testato-
ris, ſed ex benigna fortuna, quae quoque in alios ea-

E 3
dere

dere potuisset, facile responderi potest, cecidit in te, quid fieri potuerit, non curamus, uoluit testator, vt tu etiam acciperes, cum uoluit in genere, vt acciperet, qui consul esset, sufficit, quod habeas, quod frater a fratre hoc in casu petere poruisti, & iura tibi plus petenti non fauent. Quamuis inutilis fuerit exhereditatio, vtile tamen est legatum, dum tibi dat legitimam debitam, & vtile per inutile uitari nequit. **BRVNNE M.** ad regg. iur. canon. reg. XXXVII. Caeu itaque, ne reiicias hocce legatum, si enim testamentum ipsum impugnas, uincere nequis, & tunc ne legatum quidem accipis. **PHILIPPI.** in *usu pract. loc. cit. Ecl. LXIX.* **BRVNNE M.** l. c. reg. XXXVIII. Quae tamen uera credo in legatis puris, vt simpliciter acquiescere debeat frater inique exhereditatus; si enim legatum incertum sub onere quodam esset relictum, tunc testamentum quoad hoc onus infirmaretur, & frater, legatarius incertus, quoad legitimam legatum peteret, & petere posset, quamuis hoc onus subire nollet, legitima enim absque omni onere est relinquenda **EPHRAIMVS GERHARDVS** delineatione iuris civilis priuati Romano-Germanici Lib. V. Tit. II. §. 39. de inoff. testam. & frater legitimam petit hoc in casu, non qua legatarius; sed qua frater.

SCHOLION.

*An obſter
regula Ca-
toniana.*

Nec obſtar dictis regula Catoniana, nam ab initio statim ualuit testamentum. Si testamenti facti tempore mortuus esset testator, & tu consul fuisses, tunc statim ualueris, cum ille etiam uoluerit tacite, vt tu acciperes legatum, eadem uero uis taciti est, quae expreſſi, E. tunc ualorem non accipit tractu temporis, E. contra hanc regulam non pugnat, **CONF.** **BER.**

BERGER. *Oecon. iur. lib. II. tit. IV. §. 30.* Praeterea haec regula proprie tantum agit de eo, quando uitium est in ipsa regula STRYK. *ad LAVTERB. lib. XXXIV. tit. VII.*, & regula illa non pertinet ad hereditates *l. 3. ff. de reg. Caton.*

§. XVIII.

Huic sequentem adiungamus casum, moritur Caiam *Quid iuris,* ius, Titium heredem scribit, & illi, qui Caiam duce-*Si ipse heres* ret, mille aureos in legato relinquit, ipse uero heres *reperiatur* postea Caiam dicit. Hic legatum non subsistit, cum *persona illa* absurdum sit, vt idem sit creditor & debitor *per l. no.* *incerta.*

§. 1. de legat. I. Sed quamuis non subsistat, nihilominus illos 1000. aureos accipit testator non titulo legati, sed titulo heredis. Heredes enim ab intestato petere nequeunt, cum nemo testatus & intestatus decedere possit, vti nec hic obstat, si miles fuerit testator. Quamuis hic singulari quodam priuilegio gaudeat, vt possit simul testatus & intestatus decedere *STRVV. iurispr. Rom. Germ. for. lib. II. tit. XVI. aphor. 5.*, quilibet tamen potest fauori pro se introducto renunciare, quod testator noster tacite fecit, dum heredes intestato plane praeteriit per hypothelin, vnde illi aliquid peterent contra uoluntatem testatoris, ipsi igitur heredi scripto ad crescere debet legatum. Aliud obtinet, si plures sint heredes, tunc coheredum coheres illud legatum accipit, qui Caiam duxit *arg. l. 34. §. 1. de legat. II. STRYK. Symag. iur. ciu. Exercit. XXXV. thes. V.* confer itaque generalia praecepta in *§. VI. tradita, & hic quoque repete, quae diximus §. X. de conditione mixta.*

§. XIX.

Cum supra iam monuerimus, & in *§. XII. demon-* *Quid iu-* straue *§. 1. de legat. II. STRYK. Symag. iur. ciu. Exercit. XXXV. thes. V.* confer itaque generalia praecepta in *§. VI. tradita, & hic quoque repete, quae diximus §. X. de conditione mixta.*

hoc legatum incertum cadat in illum, qui legatum etiam certum petere potest. strauerimus, quod legatum nostrum possit gaudere qualitate omni, quam modo legata qualiacunque habent, nos etiam exempla talia proferamus. Catus nobis decidendus erit, qui sequitur. Maeuius, qui iam naturam ipsam expleuerat satietate uiuendi, moritur, non quidem testamentum, sed tamen Codicilos relinquit, quod hoc iuste fieri possit, relege §. V., in his Codicillis relinquit Titio legatum 50. aureorum, itidem illi, qui Semproniam duceret, per 6. annos usuras sortis, quam defuncto debet Caius. Quid accidit, idem ille Titius, qui legatum 50. aureorum petere potest, post mortem testatoris matrimonio sibi iungit Semproniam, ideo quoque usuras sexennes petit. Heres recusat, utrumque illi dare, quare ille actionem ex testamento instituit, dic mihi, an uictor euadet? Cur non? quilibet uidit, quod sit legatum in diem incertum quoad quaestionem an & quando, adeoque conditionatum per l. 75. ff. de Cond. & Demonstrat., cui non obstat l. 25. C. quando dies legati uel fideic. ced. Quod legatarius ambo legata capere possit ex arg. l. 34. §. 1. de legatis it. in §. praec. adductae facilis negotio erui potest. Si enim coheres simul hereditatem e. g. dimidiā, & simul legatum petere potest ex eodem testamento, cur non legatarius posset duplia legata petere ex uno eodemque testamento, a maiori enim ad minus ualeat consequentia. Non obstat 1) regula illa satis nota: duae causae lucrativae ex eadem re in eundem hominem cadere nequeunt. Quamuis enim ex eodem testamento capiat has duas causas lucrativas, non tamen capit ex eadem re. Nemo negabit, quod duo haec legata sint diuersa, E. res,

E. res , ex qua oriuntur illae causae lucratuiae quoque sunt diuersae , E. non ex eadem re in illum cadunt, vt ideo regula illa applicari nequeat. Si contrariam explicationem adprobares, adprobares sine causa hac in re Antinomiam legum , contradiceret enim haec regula legi illi 34. supra citatae. Vt adeo uideas , quod leges ipsae in vno testamento diuersa adesse tacite admittant. Nec 2) obstat *l. u. §. 1. de legat. l. de herede vno* , si enim inquiris rationem, animam omnium legum, hanc inuenis , quod scilicet absurdum sit , vt idem sit creditor & debitor , haec uero ratio nos non ferit, manet enim creditor & debitor diuersus, E. cum non sit eadem legis ratio, nec eadem erit legis dispositio. Cum itaque nihil sit , quod heredem absoluat ab obligatione, inhaeremus illi regulae supra iam laudatae : uoluntas testatoris est instar legis , cui heres obtemperare tenetur.

SCHOLION I.

In *§pho ipso* dixi, quod legatum incertum reliquum sit illi, qui Semproniam ducere, quid uero iuris est, si Titius ille *An reddet* quidem Semproniam duxerit, si quoque heres usurpas iam sol. re debet uerit, postea autem Sempronia Tictum impotentem habuerit, *legatarius* ideoque matrimonium nullum desiderarit. Nunc ponamus *incertus*, illum impotentem haberi ab omnibus collegiis medicis, quod acceptum ideoque matrimonium, quod praecessit impotentia, nullum sit, & an declarari iuri conformiter, *uide a BEVST. de matrim. § XIV. petere pos.* Heres hoc auditio, repetit has usurpas conductione indebiti, & si, quod ad reliquis usurpis praestandis liberari cupit, dicit, tibi lega-buc super-tum est reliquum, si Semproniam duxeris, legatum enim est, si man-in diem incertum quoad questionem an & quando, qua-trimonium le quidem hoc est, a legato conditionali non differt per ipsum *cum Sem-* *§phum*; tu uero Semproniam non duxisti, numquam enim pronia ini-

F

in ma-

*cum nul-
lum sit de-
claratum.* in matrimonio cum Sempronia uixisti per eundem a BEVSTR.
*l. c & BRVNNEM. iure eccles. lib. II. cap. XVII. §. 2. &
STRYK. ad hunc Sphum , & ego hoc nesciui, quod sis impos-
tens , E. reddo, quod indebite acceperisti, & sine causa retines.
 Praeterea constat ex iure , quod talis vir, cuius matrimonium
 nullum est , reddere debeat omnia lucra nuptialis , quae hu-
 ius matrimonii causa accepit arg. II. quas adducit PHILIPPI
l. c. lib I. Ecl. 52. E. tu quoque reddere debes usurpas, & nul-
 las amplius in posterum petere potes, alias duplice onere pre-
 meretur heres, quod etiam illi, qui illam duceret, usurpas has
 soluere deberet contra mentem testatoris praesumtuam. Ni-
 hil habeo , quod regeram , quare illum ad reddendas usurpas
 condemnari , & in posterum ab usurpis praestandis liberari debe-
 re heredem, legibus conueniens esse iudico. Idem quoque
 obtinet in legatis certis, cum eadem hic obtineat ratio. Nec
 nobis contraria est regula illa, adflictio non est addenda adflictio,
 nam quod quis iure retinere non potest , si soluere cogitur,
 non iusta exinde oriri potest adflictio.*

SCHOLION II.

*Cuius for-
tis usuriae
debeantur
legatario
incerto. se
plures for-
tes debeat
debitor de-
functi Ca-
ius.*

Dixi usurpas sortis , quam debet Caius , Titio esse relicta,
 quid uero iuris est , si Caius plures sortes illi soluere obli-
 gatus esset, cuius sortis usurpas petere poterit legatarius , an mi-
 nimae , an maximae , an mediae. Pauci erunt , qui meae
 lententiae reclamabunt , si adseram , minimae sortis usurpas pe-
 tere posse legatarium , nam cum pie defunctus nullam expres-
 sis uerbis indicarit , praesumptionum iterum usum p[ro]ae nobis
 ferre debemus. Praesumimus semper , quod uoluntas testato-
 ris ita sit explicanda , vt ne heredi sit iusto onerosior , & vt ne
 nimis oneretur heres, & in obscuris semper , quod minimum
 est , sequimur per l. 9. ff. de R. I. Si itaque illum ad minimae
 sortis usurpas soluendas adstringimus , huic praesumptioni , quae
 in legibus sedem suam stabilem habet , conuenienter agimus,
 E. abs-

E, absque omni erroris metu, quantum fieri potest, ueres sentimus. *Conf. BRVNNEM, ad l. 5, C. de susceptoribus.* Si uero inter hos sex annos sortem reddat debitor, heres nihilominus vsuras soluere tenetur, licet sortem quietam reliquerit, hoc enim uel ideo praestare debet, quod in culpa sit, uel etiam, si absit, ideo ad hoc tenetur, quia post praeterlapsum tempus sentire quilibet commodum, ut itaque incommodum recusare nequeat per regulam iuris satis notam. Voluntas testatoris alias non haberet exitum, & sentiendum est, hoc casu testatorem Titio reliquisse quasi vsumfructum pecuniae, quam itaque heres illi dare debuisset praestata cautione de sorte restituenda, tempore quasi vsumfructus finito. *Conf. STRVV. iurispr. Rom Germ, for. lib. II, tit. VIII, Aphor. 12.* Cum itaque hoc non fecerit, ipse soluat vsuras.

SCHOLION III.

Quid tertio iustum sit, si mortis tempore Titius Semproniam iam in uxorem duxerit, cum non sit imprimis huius loci, mortis temporibus tantum indigitamus, quod uerba Codicillorum non statutoris fibe obstant, quae sunt, si iungit, & non, si iam iunxit, excepto iam iuncti enim iuris est, quod nihilominus legatum petere possit, rit monio Semproniam Titius.

§. XX.

Fingamus uirum nobilem, Sempronium, legatum in testamento huius tenoris reliquisse. Illi, qui funeri meo iusta solutum primus uenerit, heres meus dare debet 1000. solidos, quos tamen non prius soluere debet, quam sex annis post mortem meam praeterlapsis. In uitatur ad funus collegium aliquod, illud quendam nomine suo mittit, & hic est ille, qui primo uenit. Hic oritur quaestio, an illi debeatur legatum, an uero non missam.

F 2

colle-

collegium illud petere possit. Plane non dubito, quin collegio debeatur, non enim qua persona physice, sed qua persona moraliter considerata uenit, repreaesentauit collegium, E. quoque collegium, quod repreaesentauit, adquirit per illum. Id quod etiam facile ex legibus deduci posset, nisi pro axiomate habere possemus.

SCHOLION.

Quid juris, Non minus extra omnem dubitationis aleam positum est, si persona physica, qua talis, uenerit primo, quod tunc illi adscribendum sit, cum nulla sit ratio, cur uoluntas testatoris prouihilo sit, vt adeo axioma habendum iudicemus. Si uero plures simul uenerint, ita vt scire non possumus, quis primo uenerit, cum vni tantum legauerit testator, fortis iudicio res erit dirimenda. Diximus in *scholio ad Sphum XI.*, quod satisfacere tibi uelimus, si persona incerta apertus inimicus inueniatur, quod tunc nihilominus fundamentum non sit benevolentia. Nam in *Spho ipso* citato multa quidem ex fauore persona illa decidimus, sed eum in finem, ne legatum caducum fiat. Hic incerta, an ex fauore nihil decidere possumus, si enim hunc fauorem hic beneuolentia sit fundamenum, quorum vni adscribi poterat, hic uero vnu tantum est, si itaque pro admoto esset habendum, corrueret legatum. Quare cum hic adhiberi nequeat ratio, quae permouit ICtos, exulare quoque debet illud, quod hac ratione nictur. Ex eadem ratione explicatio, quae in illo casu erat genuina, hoc in casu erit sinistra, vt adeo regulae in *Spho ipso VIII.* copiosius demonstratae inhaerere debeamus, exceptio enim in casibus non exceptis confirmat regulam. Mecum facile consentiet, qui *scholion ipsum Sphi XI.* attento animo perlegerit, vt adeo non obstat, licet quis adfirmaret, quod profecto testator, si illi

illi hoc praedixissimus , quod persona illa incerta apertus inimicus sit futura , non uoluisset , vt illi traderetur,

§. XXI.

An uero idem obtinebit , si persona illa alieno nomine missa simul defunctum propinquitate attingat ? Quid uero iuris , Tantum abest , vt idem sentiam , vt potius contrariam si persona sententiam hic amplectendam iudicem . Hic enim si illa collegit mul ut propinquus , & vt delegatus uenit , hic nihilominus uoluntas testatoris potest habere exitum , licet vni adscribatur , & alteri denegetur , hic dubium est , cui adscribendum sit , illi igitur adiudicandum , quem maiori amore amplexus est testator per §. XI. & eius schol. cum honoris , non uero amoris causa illud collegium erat inuitandum . In hac igitur controuersia decienda maximam sibi partem suo iure vindicat maior fauoris praesumtio , maximum in hoc argumento praefidum puto , in primis , si collegio deleganti bona abunde omnia sint , propinquus uero egestate prematur . Cae terum si propinqui plures delegati simul uenerint , dominetur fortis fortuna , hunc uero casum dubium comitari nequit fortis iudicium , si vnum propinquorum , vnde uiuat , non habeat , alter uero omnibus rebus abundet , uel si fuerit vnum amicus , alter uero inimicus defuncti . Conf. §phi XI. schol. iam citatum . Sors enim ultimum in lite finienda locum occupare deberet , ne fortunae plus , quam licet , adscribatur .

§. XXII.

Cum iam nobis sermo fuerit de funus comitatu- ris , scenam non mutemus , sed hac in materia perga-

F 3

*Cui soluere
debeat he-
mus.*

res lega-
 tum incer-
 tum, si illi,
 qui primus
 funeri ad-
 fuerit, re-
 lictum sub
 hac condi-
 tione, si Ti-
 tii mente
 capti cura-
 tor fieret,
 & mente
 captus ipse
 primo ue-
 niat. Resp.
 Plane non
 ualeat lega-
 tum,

mus. Pone, Caium in testamento uel in Codicillis, fingere licet, quod lubet, illi, qui primus masculus funeri adfuturus esset, si Titii mente capti curator esse uellet, 1000. aureos titulo legati reliquisse, pone porro, Titium ipsum primo uenisse, quis tunc petere poterit legatum? Nemo. Heres lucratur. I) Titius ipse petere nequit; uenit enim quidem primo, sed sui ipsius curator esse, adeoque conditioni satisfacere nequit. Repete doctrinam de legatis conditionalibus, quam iam notam suppono. Peteret contra uoluntatem testatoris, quippe qui legatarium a Titio probe distinguit, E. ipsi solui non uult, E. si ideo ex testamento agit, agit ut uincatur, legibus reclamantibus. II) Ille, qui postea Titii curator est factus, petere nequit; nam quidem in tantum satisfecit uoluntati testatoris, dum scilicet curam sibi demandari est passus, sed non in totum, primus non adfuit funeri, illi autem est relictum, qui primus adesset & curator fieret. Huic enim si adscriberemus, contra Sphum VI. legibus singularibus destituti peccaremus, in hoc legato incerto conditionato adfirmaremus, quod in omnibus aliis legatis ita conditionatis negandum iura praecipiunt. Sumamus, Cornelio, si doctor fieret, 1000. aureos esse per legatum relictos, an tunc Cornelius, si doctor non fieret, uel an Caius, quia doctor est factus, ideo petere posset? Hoc nemo sanac mentis credet, eadem ratio est in quaestione nostra. Sed dic mihi, quis alias petere poterit? Nescio, E. uides quod haec persona incerta ex euentu uel alia re certior fieri nequeat, hoc uero, ut legatum incertum ualeat, requiritur per Sphum

Spbnum VII., hoc iraque requisito necessario absente legatum nullum est, & perinde habetur, ac si nihil legasset testator. Hoc igitur in casu hocce legatum lucrari heredem docet *I. 76. §. 1. ad L. Paltid.*, & alibi copiosius demonstrandum uenit. Non necesse est, vt hic admoneam, quod, quando & quomodo mente capto curator constitui soleat, ad nos enim proprie non pertinet, uide interim **BERGER.** *Oecon. iur. lib. I. tit. IV. §. VII.*

§. XXIII.

Quid uero in iure pronunciandum erit, si pater testamentum condiderit, filium rite nec inique exheredarit, Caium, personam extraneam, heredem institerit, illique, qui mortis tempore consul esset Romae, legatum *50.* aureorum reliquisset, legatarius uero incertus postea reperiretur exheredatus filius. Dixi iam *Spbnum VIII.*, quod haec doctrina, quae fundamentum huius legati benevolentiam esse negat, maximum usum habeat in decidendo casu, si exheredatus legatarius incertus sit, & ideo copiosiores fuimus, vt hic breuiores esse possimus. Certum quidem est, quod testator hunc exheredatum benevolentia non sit amplexus, sed cum nihil minus naturale sit, quam diuerso genere aliquid solui, quam quo est colligatum *arg. I. 35. de R. I.* cum hoc legatum benevolentiae causa non sit darum per *Spbnum citatum*, ob absentiam quoque benevolentiae, quam quidem hic non negamus, pro tacite ademto haberi nequit. Nec obstat, quod testator, si ipsi hoc quis praedixisset, sententiam suam forte mutasset, & hunc exceperisset, nam nec hic haec explica-

*Quid in-
sum sit, si
persona illa
incerta in-
ueniatur
filius rite,
nec inique
exhereda-
sus.*

plicatio & praesumtio aliquid operabitur, ex eadem ratione, quam de apertis inimicis in scholio §. XX. dedimus, & quam in scholio ad §. XI. dare promisimus, ut adeo nunc fidem nostram liberauerimus.

SCHOLION.

*Quid iuris
sit, si sedes
consularis
uacer, uel
consul suff-
fectus im-
peret.*

Verba Spbi nostri erant, qui mortis tempore consul sit, si sedes Romae esset, quid uero iuris erit, si tempore mortis sedes consularis uacet, quis tunc petere poterit, an eius liberi uel heredes, qui ante testatorem mortuus est? Nego. Nam heredes tantum succedunt in ius, quod defunctus habuit l. 24. de V. S. & l. 62. de R. I., defunctus uero non habuit ius, dum qua legatarius prius mortuus est, quam testator l. 35. §. 4. l. 42. de mortis cauf. donat. §. 1. I. eod. l. vn. §. 2. C. de caduc. toll.. E quoque heredes eius in hoc ius succedere non possunt. An collaturi hanc dignitatem? Nego. Namque illis plane non est relictum, relictum est consuli, quem quidem eligunt, sed cuius munus ipsis non gerunt. An ille, qui post mortem testatoris proxime consul erit? Adfirmo. Etenim post mortem testatoris primus est consul, succedit in locum defuncti, adeoque illum repreäsentat, praeterea hoc modo subsistit legatum, E. cur illi non adscribam, nescio. Si uero postea non alius eligatur, qui succedat in locum ante testatorem defuncti, legatum evanescet per Spbum VII. Quid uero iuris fuisset uetusissimis temporibus, si mortis tempore consul non imperasset, imperium enim ipsis adscribebatur, *SALLV-
STIVS B. C. cap. VI. in fine ait - - - annua imperia, bingos
imperatores sibi fecere*, sed si tunc consul suffectus imperaser. An hic consul suffectus, an uero consul futurus petere potuissest? Constat ex antiquitatibus Romanis, quod, si consul intra annum suum imperium mortuus erat, non statim eligeretur nouus consul, sed consul, qui uocabatur, suffectus, qui

qui per illud tempus , quod adhuc deerat anno , uices consulis praemortui gerebat , post tempus uero hoc praeterlapsum a munere suo discedere cogebatur . G. H. NIEVPOORT , *Compend. Antiq. Rom. cap. III. §. 1. section. II.* Cum hic consulis munus , consulisque dignitatem habuerit , cum senserit incommodum huius dignitatis , cur non sentiret commodum contra regulam aequitatis , cum hic imprimis exulare posset benevolentia erga legatarium , *conf. §. VIII.* Cumque ille consul futurus consul quidem , sed non tempore mortis , hic uero consul suffectus consul fuerit tempore mortis , & is quidem primus , cur animum huius offendere mus , & huius dignitatem ita frangeremus , ut contra illum pronunciaremus . Per se tamen patet , quod testator , cum duo fuerint consules imperantes , dicere debuerit , qui consul erit primus uel secundus , alias acciperet legatum , qui adhuc uiueret solus uerus consul , regulariter enim consules erant ordinarii , hos itaque intellexisse testatorem praesumimus , & si duo adhuc uiuant , nemo accipiet per §. VII.

§. XXIV.

Noli , eruditte lector , mihi succensere , quod hic *An exhibere-*
quaedam intercalare uelim , quae quidem a scopo no-
stro aliena sunt. Inquiram hic , *an exhiberet con-*
ueniar *principiis iuris naturae repugnet , nec ne , an leges mora-*
les illam permittant , & an princeps hanc licentiam le-
gibus suis suffulcire possit. Credimus , hanc materiam *cum prin-*
cipiis iuris *naturae ,* *Philoso-*
non tam vulgarem , & lectoribus nostris non tam *phiae mo-*
odiosam & iniucundam fore. Pace igitur tua , breui-
bus tamen , inuestigandum erit , I.) an cum iure na- *ratis &*
turae pugnet , parentes liberos & liberos parentes ex- *Philoso-*
heredare. Nemo , qui naturam , & quae ea praeci-*phiae ciui-*
pit iura , didicit , negabit , quod parentes liberos suos , *lis.*

G

vsque An leges

naturales
tale quid
permis-
tant.

vsque dum se ipsos alere possint , alere teneantur , si itaque parentes prius moriantur , quam hanc aetatem ad se ipsos alendos requisitam iure naturae non determinatam tetigerunt , tanta bona eis relinquere tenentur , quanta sufficient , vt ad hoc vsque tempus uiuant , & haec bonorum quantitas pars legitima iure naturae liberis debita uocatur . Sunt uero prae omnibus aliis obligati parentes , quia ipsi contractum tales iniuerunt , tale onus secum ferentem , & amor naturalis talia praecipit . GROTIUS de I. B. & P. lib. II. cap. VII. §. 3. 4. Si uero parentes partem hanc legitimam liberis eripiunt uel tacite uel expressis uerbis , tunc liberos exheredare , sub quo nomine breuitatis causa etiam hic praeterire comprehendo , dicuntur . Quaeritur itaque 1) an parentes tale ius habeant . Diximus supra , quod parentes liberis alimenta praebere teneantur ; sed nihilominus liberi hoc instar beneficij reputare debent , liberi quoque sunt obstricti ad obedientiam parentibus praestandam , & ad eos amore prosequendos , & ex ea quidem ratione , quia eos procrearunt , & quia eos alere tenentur . Mutuus E. hic requiritur amor & mutua obligatio , si E. aler a pacto , quod tacite iniit vterque , discedit , nec alter suum seruare tenetur pactum , E. si liberi eis obedientiam denegant , eosque odio prosequuntur , dum uel ex eorum miseria gaudium capiunt , eos uerberibus excruciant , totique in eo sunt , vt parentibus noceant , nec parentes ad eos & post mortem alendos , adeoque ad partem legitimam relinquendam obstricti erunt , E. si hanc partem eis eripiunt , iuste agunt , E. hoc in casu iuste exheredant . Cum ex dolosa & malitiosa dene-

denegatione officiorum , quae debebant liberi , hoc ius parentibus adscripserimus , intelligimus etiam in liberis aetatem doli atque malitiae capacem . Liberi 2) parentes egenos & ad alimenta sibi curanda viribus destitutos alere tenentur , idem GROTIUS l.c. §. V. , si itaque liberi contra ordinem naturae prius moriantur , quam parentes , tantum illis relinquere tenentur quantum sufficit , ut ne parentes fame pereant , & haec quantitas bonorum dicitur pars legitima parentibus debita . Sunt prae omnibus aliis liberi ad hoc obligati , aliorum enim liberi suos quoque habent parentes , & aliis non tam fortis est obligatio , quam quidem eis . Praeterea natura ipsa illis alimenta denegare abhorret . Si liberi hanc partem legitimam parentibus uel tacite uel expressis uerbis eripunt , liberi parentes exheredare dicuntur . Quaeritur itaque , an liberi hoc ius habeant . Diximus quidem supra , quod liberi parentes suos egenos , &c , ut alimenta sibi ipsis praebeant , viribus destitutos alere teneantur , sed haec quoque obligatio ab amore mutuo originem trahit , ideo illos amare , adeoque beneficiis subleuare tenemur , quia nos amarunt , & quia nobis beneficia praebeuerunt . Si itaque cessat fundamentum obligationis , si patrimonium nostrum quouis modo minuere , nos infelices reddere , & periculis subiictere amant , si uitae nostrae insidias struunt , quiduis prius faciunt , quam quod nos amore amplectantur , cum aqua & ignis non magis sibi contraria sint , quam amor & odium , vt ita tantum absit , ut nos ament , ut potius nobis infensissimi sint , hoc in casu cessat obligatio nostra , quae amore parentum ad mortem usque duraturo nitebatur .

G 2

Cessat

Cessat E. obligatio eos alendi , E. & obligatio ad eos post mortem nostram alendos E. & ad legitimam relinquendam. Si itaque illis legitimam eripimus, contra ius minime agimns , E. eos exheredandi hoc in casu liberi ius habent. Hic quoque supponere debemus , quod parentes non sint furiosi uel mente capti , rationis adhuc , & ita doli capaces. In vtroque igitur casu damnum , quod quis sentit , sua culpa sentit , & de se ipso queratur , cum enim nullum adfuerit ius , nec vlla adfuit obligatio, E. in vtroque casu exhereditatio licita est. Adhuc inquirendum esset , an frater fratrem exheredare possit, sed cum adhuc ignorem, an frater fratri debeat iure naturae legitimam , iudicium meum in suspenso relinquere cogor.

II.

*An exhere-
dationem
leges mo-
rales per-
mittant.*

§. XXV.

Sed II. quaerimus , an idem illud permittant leges morales , an non illis repugnet , parentes liberos, & liberos parentes exheredare. Hoc plane non credo Philosophia moralis uult, ut hominibus uitia, si quibus se macularint , forti animo condonemus , & ut etiam eos , qui nos odio prosequuntur, contra nos arma gerunt , nos maledictis lacerant , qui uitam & mortem nostram iuxta aestumant , & breuibus ut dicam , qui se nobis inimicos profitentur , diligamus , eorumque salutem curemus. Idem est praeceptum & parentibus & liberis , omnes enim homines huic legi morali non possunt non obediire. Imprimis liberi uel parentes huic legi subiacent , cum ad amorem singularem mutuum non instituti; sed imbuti, non facti; sed nati sint , & odium

um corundem ipsa aueretur natura. Si itaque parentes liberos, & liberi parentes exheredant, uitia non condonant, sed ob uitia illis legitimam partem eripiunt per §. antec., eos vt inimicos non diligunt, dum eorum infelicitatem augent. Quae enim infelicitas & calamitas maior esse potest, quam si illos relinquent omnibus rebus, quibus se alere possint, orbatos? Contra haec igitur duo praecepta exhereditatio esse, adeoque Philosophiae morali repugnare uidetur. Sed quod primum attinet dubium ex praecepto illo, quod uitia aliis condonare debeamus, desumptum, plane non contra nos est. Nos enim homines sumus obligati, vt quoconque licito modo uirtutem aliis ingeneremus, & vt ne praemiis alios ad mala facienda inuitemus. Nos omnem mouere debemus lapidem, vt alii a uitiis detreantur. Nemo negabit, quod uirtus sit, si parentes liberos, & liberi parentes amore prosequuntur, eorumque felicitati inuigilant; nemo negabit itaque, quod eius contrarium sit uitium. Nos E. toti in eo esse debemus, vt nostra etiam opera parentes liberos, & liberi parentes ament, eosque felices reddere discant. Si nihilominus illis bene cuperemus, licet uitii se contaminarint, nullum inde sentirent incommodum, non tam cognoscerent, quantum sibi inuicem deberent, ab hoc uitio non deterrentur, & alii, hoc scelus impunitum animaduertentes, cum eandem habeat utilitatem & amor & odium, natura perditi & ad uitia proclives homines, quibus, saltim pluribus, teste experientia, uirtus usque eo uilis uidetur, vt illis cariora semper omnia, quam uirtus sit,

G 3

eorum

eorum uitia imitarentur, & nostra quidem culpa. Si uero uident, qualem poenam secum ferat amor neglectus, ne idem damnum incurrat, cauebit qui libet, & ideo a uitiorum tramite deflectet, & uirtutis uiam ingredietur. Cum hoc fieri posit per exheredationem, & nos ad alios emendandos simus obligati, exheredationem cum principiis philosophiae moralis conciliari posse confido. Hoc in casu non possum esse obligatus, vt aliis condonem uitia, hic enim adest collisio, & in collisione semper id praestare debeo, quod me perfectiorem reddit, exemplum habes in abnegatione sui ipsius. Quo maior consensu actionum mearum cum uoluntate diuina, eo meliores sunt meae actiones, E. me perfectiorem reddunt. Si liberos uel parentes meos hoc in casu exheredo, actio mea consentit 1) cum uoluntate diuina, quae a me postulat, vt alios perfectiores reddam, 2) consentit cum uoluntate diuina, quae poscit, vt ne alios ad uitia inuitem, & vt plurimorum maxima felicitati studeam. Si uero condono & non exheredo, eatenus consentit actio mea cum uoluntate diuina, quatenus laudentem non imperfectiorem externe redbo, sed alios plures imperfectiores interne reddere, alios laedere possum, cum ipsis a uitiis non deterreo. In exheredatione ergo plus facio, Ergo magis consentio cum uoluntate diuina, E. actio mea est melior, E. me perfectiorem reddit, E. ad exheredationem hoc in casu sum obligatus. Si liberos uel parentes hoc in casu exheredo, proprie ne quidem dici potest, quode eos laedam, nam est poena promerita, & laudentibus uiam ad uirtutem exercendam, &

ad

ad uitia declinanda monstro. Et si hoc probe perpendas, statim quoque in sumum abibit, quod 2) exhereditatio sit contra praeceptum, quod inimicos diligere iubet. Nego, quod eos non diligam, dum exheredo, si enim id ago, ut quis virtuti se dedat, uolo, ut summum bonum, quod consistit in uirtute, consequatur, E. uolo ut perfectior fiat, E. ex eius felicitate summa, quam sibi optimo iure vindicat uirtus, gaudium capio, E. ipsos exheredatos diligo, eorumque sum amicus. Noli mihi obiicere, quod hunc finem obtinere non semper liceat, & quod nihilominus possint exheredati in uitiis perseverare, ut tantum praestem, & ut uoluntati hominum imperem, fieri nequit, E. ad hoc non sum obligatus, ultra enim possibile nemo est obligatus. BAVMGARTEN Ethica philosoph. in prolegom. §. VII. Sufficit, quod tantum attulerim ad felicitatem aliorum curandam, eorumque miseriam propellendam, quantum potuerim. Tunc quidem illi emendandi non culpa carebunt, ego uero ab omni culpa ero immunis.

§. XXVI.

Restat adhuc, ut III. doceamus, an quoque principes legibus exheredationem permittere, & a parentibus uel liberis factam ratam habere possint legibus. Cum iam eam iuri naturae & philosophiae moraliter conformem reddiderimus, & dubia iam remouerimus, quae hanc inhonestam euictura erant, statim ad ueritatem enucleandam absque ambagibus nos accingimus. Constat ex iuris naturae principiis, *vide* WOLFFIVM in politica sua, capite, nisi me omnia fallant, tant, & an

III.

An principes tales possit ferre leges, quae exhereditationem uel liberis uel parentibus

V. &

princeps & eundem in Systemate iuris naturae parte VIII. statim
 iisdem pos- in initio, quod respublica sit societas mixta, societas
 sit licenti- ex societatibus aliis tanquam partibus suis composita,
 am quibus- quarum totum est resp. Si itaque salua debet esse res-
 dam in ca- publ. saluae quoque esse debent societas eius mino-
 fibus igno- res, tanquam partes, partes enim corruptae totum
 scendi adi- sanum constituere nequeunt. Qui itaque est obliga-
 mere, tus, vt totum conseruet, est quoque obligatus, vt par-
 tes eius curet, cumque, qui ius habet ad finem, ius
 habeat ad media, sine quibus finis obtineri nequit, ad
 media quoque erit obligatus, quae conseruant & con-
 seruare possunt partes. Nemo in oraculis iuris natu-
 rae tam plumbeus erit, vt ignoraret, in rep. partem
 quoque talern dari, quae constituit societatem inter pa-
 rentes & liberos, si itaque ualere debet totum reip.,
 haec quoque societas paterna tanquam pars totius ua-
 lere deber, & qui ad totum conseruandum tenetur, est
 quoque obligatus, vt societas inter parentes & liberos
 ualeat, E. quoque ius habet ad media, quibus con-
 seruari potest haec societas. Cum ius naturae per §.
 XXIV. exheredationem parentum uel liberorum tan-
 tum permittat in casu odii atque discordiae, discordia
 uero, teste experientia & SALLVSTIO B. I. cap. X. res
 maxime dilabantur, & haec cum odio coniuncta facilli-
 mo negotio possit accelerare interitum huius societatis
 per §. XXIV. & Ciceronem in Laelio cap. VII. homini-
 bus peruersissimis, per exheredationem uero, paren-
 tibus si concedatur, haec interitus causa possit tolli,
 & princeps etiam sit obligatus ad conserandas has socie-
 tates, ius quoque habebit hanc exheredationem con-
 firman-

firmandi, cum hoc fieri possit legibus, vt quis certo
sciat poenam, leges ferre poterit exheredationem
confirmantes. Imprimis uero haec societas curanda
est, quia illa non tam facile ab ipsis sociis tolli potest,
quam aliae societates. Si iterum obiicis, quod non
semper obtineant finem principes, tunc tibi idem re-
pondeo, quod hoc praestare uires nostras excedat.
Saepius uero parentes uel liberi omnem exuerunt hu-
manitatem, saepius ex odio leuissimo, ex discordia
leuissima, ex ingratitudine minima exheredarent, &
ita sine causa miseria & paupertate pressi ciues forent;
princeps uero in eo desudare debet, vt ne sine causa
graui tale malum contrahatur, sic principi ius esse de-
bet determinare causas exheredandi, quae ipsi suf-
ficientes uidentur, quibus subiectos addere alias pro-
hibere potest. Breuibus adhuc tangam, an prin-
ceps cogere possit subiectos, vt ob hanc uel illam caus-
am, ex qua exheredare licitum est, exheredare de-
beant parentes uel liberos. Princeps Deo simillimus
nunquam ciuibus suis facultatem honesta, saluti reip.
non contraria, exercendi denegabit, licet quis com-
miserit, quod poenam exheredationis secum ferre
potest. Si laedentes poenitentiam agunt, laesos ad-
eunt, ab eis summis contendunt precibus, uelint sibi
ueniam dare, se nunquam similia patratus, sed eos
debito obsequio atque amore esse prosecuturos, nonne
honeste agit laesus, si precibus ad aures suas patere lo-
cum patitur, si uirtus condonat parentibus uel liberis,
natura calcaria addente. Si uirtutem exercet. Hac
ex re non aliae societates paternae possunt corrum-

H

pi,

pi, gratia parentum, & benignitate liberorum incerta, vt adeo nullum in remp. redundet malum. Ad hoc itaque princeps ius non habet, nec iustus sibi vindicat, cum tantum id prohibere possit, quod salua rep. permisum esse nequit. Sphus praecedens huic non contrarius est, in illo fingo parentes & liberos, qui nullo peccatorum sensu tanguntur, in hoc autem, qui ad meliorem mentem redeunt, & uitam suam emendant.

SCHOLION.

*Quod Iu-
stinianus
recte ege-
rit cau-
fas exhere-
dandi enu-
merando,
quod his
principes
quasdam
addere&a-
dimere pos-
sint, & quod
in Saxonia
Electoralii
bic nume-
rus sit au-
gus.*

Vides itaque, quam bene conueniant hae tres Philosophiae partes, &c, cum in quavis diuersa principia, quae axiomatica, ne iusto longior sim, hic indemonstrata adsumsi, adduci debuerint, non tam facilis, tamen iucundissimus labor fuit. Vides, quod ueram caussam exheredationis in ingratitudine inuenient Romani, & quod Iustinianus recte egerit, quod cauſas quasdam enumerauerit, quibus alias a subjectis addi noluit. Tantum uero abest, vt principi denegemus ius his quasdam addendi, uel adimendi, salute reip. id exigente, vt potius hoc illi saluum esse uelimus. Suo itaque iure in Saxonia Electorali auxerunt numerum harum cauſarum, dum uoluerunt, ut parentes etiam liberos exheredare possent, si sine consensu eorundem contrahant nuptias. Vide hac de exheredationis cauſa BERGERVM, l. c. lib. II. tit. IV. §. XIV. not. 5. Si cui principiis iuris naturae, philosophiae moralis & ciuilis non imbuто breuitas mea obscuritatem peperit, ignoscet mihi, si dicam, tibi non scripsi, longior hic esse non debui,

§. XXVII.

§. XXVII.

Nunc ad propositum nostrum reuertamur inquisituri, an legatum incertum in testamento parentum nullum incertum in testamento parentum nullum, uel tantum duobus testibus subscripto ualidum sit, si ipse filius testatoris sit persona incerta. Testator autem filios suos, Caium & Iauolenum, heredes scripsit, & illi, qui Caiam duceret, 100. aureos solui iusserat, ut is dignitatem sibi quandam emeret, si adhuc nulla gauderet, alias simpliciter illi solueretur, iniunxit simul heredibus, ut ne quis testamentum impugnaret, alias si quis hoc faceret, illi tantum legitimam relinquere se uelle, reliquum accresceret coheredi non resistenti. Iauolenus Caiam dicit, paratus est ad dignitatem sibi emendam, postulat itaque a Caio 100. aureos, Caius illi denegat, & hoc passu testamentum non ualere adfirmat. Non quidem negat, quod testamentum hoc quoad heredis institutionem ualeat, licet nullis testibus sit subscriptum, dicit uero, Iauolenum, legatarium incertum, pro persona extranea esse habendum, tunc uero requiri testes, his uero absentibus non ualere. Voluisse enim testatorem, ut legatum acciperet, quicunque esset, etiam si esset extraneus, si modo Caiam duceret, & modum impleret, uoluit hoc subsistere sine testibus, & uoluntas haec reiicitur a legibus, E. subsistere nequit. Quamuis enim postea persona non extranea esset reperta, tamen tractu temporis non conualescere, quod ab initio non ualuerit. Secundo etiam in casu, si scilicet duo te-

H 2

stes

stes subscripterint, nullius esse ualoris legatum, cum in testamento etiam parentum interliberos, persona extranea legatario, quinque testes requirantur. Sed haec exceptio facili elidi possunt. Negamus enim, quod legatarius incertus, filius qui reperitur testatoris, pro extranea persona sit habendus. Verba generaliter prolatas sunt generaliter intelligenda per regulam iuris, cum itaque testator uoluerit, ut legatum acciperet, qui Caiam ducere, & modum impleret, uoluit quoque, ut acciperet filius, E. etiam persona non extranea, cum neminem excepterit, E. uoluntas testatoris tractu temporis conualescere non debet, cum iam ab initio ualuerit. Nec hic itaque regula Catoniana repugnat, *vide praeterea Scholion ad Sphum XVII.* Vtile per inutile uitari nequit, inutile fuisset, si persona extranea fuisset, sed utile, cum filius sit, duobus testibus subscriptentibus, quod per hypothesis necessarium etiam erat in hoc priuilegiato testamento, cum sine scripto exposita erat uoluntas parentum. *Auth. quod sine C. de testam. Nou. 107. cap. 21.* A limine itaque iudicij repellendus erit Caius, & soluere tenetur.

SCHOLION I.

Nos hic eu- Nos plane non ferit, quod quinque testes non subrare non descriperint, quod tamen requiritur, si in testamento parentemus, an tum extraneae personae legatum sit relictum, nam nos filium, quinque testes legatarium, pro persona extranea non habemus. Per multi stes subscripterint, qui duos etiam testes sufficere credunt, quod leges tan- pserint, alii tum testes requirant, & non addant, quot testes requiran- tur,

tur, si uero testium numerus non exprimatur, semper as semper duos esse intelligendos per Nou. 107. cap. 1. Sic idem in testamento sentit STRV. Iurispr. Rom. Germ. forens lib. II. tit. XVI. mento et aphor. 8. ENGELBRECHT. I. c. exercit. VI. thes. 19. sed pa- iam paren- ce tantorum virorum eorum opinio minus recte lese habet. tum inter Quamuis non negem, hoc in casu requiri testes, tamen, cum te- liberos quo- stamentum hoc passu nuspian reperiatur priuilegiatum, & ex- ad perso- ceptio in casibus non exceptis confirmet regulam, regulae in- nam extra- haerendum erit. Regulariter, ut quis relinquere possit lega- neam quin- tum, quinque testes requiruntur, & subsistet testamentum que testes questionis per modum Codicillorum, si clausula codicillaris ex regula adsit, quae in testamento nostro semper adest vel uere vel reguirun- fide, adesse enim singitur. BERGER. Oecon. iur. lib. II. tit. IV. §. VI. not. 8. item §. XXXVI. not. 5., E. semper quin- que testes validum sustinebunt testamentum nostrum etiam quoad extraneos. E. quoque hoc obseruare tenentur paren- tes, cum nuspian ab hac lege immunes legum beneficio sint redditii. Consentit LVDOVICI doctrina ff. lib. XXIX. tit. I. §. 9. Non obstat lex citata, quae testibus non expressis du- os testes sufficere ait, nam abrogatio legum ne minima qui- dem ex parte est praesumenda, nisi exceptio clarissi- me doceatur. Expressè enī quinque testes in Codicillis re- quiruntur I. fin. §. fin. C. de Codicill. & quamvis in aliis casi- bus duo testes ad probandam ueritatem sufficient, in hac tam- men Codicillorum materia singulare quid generaliter est statu- tum, E. quoque in hoc casu obseruandum est, quia leges hoc in casu nuspian docent exceptionem, ualeat haec lex in aliis rebus, vbi testes ueritatis causa adhibentur, hic uero, licet quoque statuamus cum ENGELBRECHO I. c. Exercit. VIII, §. 39. testes etiam in Codicillis adhiberi probationis causa, aliud obtinet per legem illam generalem quinque testes in co- dicillis requirentur,

SCHOLION II.


Poena a testatore impugnanti inrogata & finis in ponitur. Dixi in Spho, quod testator poenam quandam illi imposuerit, qui testamentum impugnaret, Caio uero repulso & impugnante iusto ideo haec poena irrogari nequit, quia tantum solennia impugnauit heres, licet succubuerit, uid. PHILIPPI *v.s. pract. inst. Iustin. lib. II. Ecl. 69.*, quod etiam praeiudicio confirmari nequit. Cum ea, quae legatis incertis cum aliis legatis communia sunt, inquirere nobis non proposuerimus, & nobis iam sufficiat, pauca illa uerba in Spbo VI fecisse; cumque pro nostra cognitione hodierna nihil amplius sciamus, quod singulare sit in huiusmodi legato, & praeterea huic rei plus temporis dare impediamur. pedem hic figimus, & quid alii in casibus circa hanc materiam iuris nobis esse videatur, praetermittimus. Cum iam dudum explosa sit illorum sententia, qui ex DD. & legum farragine librum aestumant, iudicii expertes, te mihi iratum non sentire iudico, quod horum castra sequi noluerim. Si eruditus lector plura & meliora sciat, non ita laudis sumus cupidi, vt istam laudem sibi praereptam uelimus. Aequus rerum arbiter nobis condonabit, quod principia multa, quibus sententiam nostram suffulcire conati sumus, breuibus tantum attigerimus, eaque non copiose probauerimus, nos enim putamus, hunc laborem nobis iniungi non potuisse, ne qua officii intermissio fieret. Si uero qua in re errauero, da ueniam falso.

S. D. G.



ERRORES TYPOGR.

Pag. 15. l. 26. pro culpam lege culpa , p. 23. l. 7. pro pu-
periori pauperiori , ibid. l. 23. pro duo templo duae ecclesiae ,
p. 26. l. 13. pro iucitamentum incitamentum , p. 29. l. 14. pro
cui huic , p. 34. l. 20. pro sit sint , p. 41. l. 1. pro qua quibus ,
p. 48. l. 8. pro an eius liberi vel heredes , qui ante testatorem
mortuus est ? an eius , qui ante testatorem mortuus est , liberi
vel heredes ?



Kf 2134a

ULB Halle
007 547 897

3



VD18

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Pr. 52. num. 31.

9.28
SINGVLARIA
QVOAD THEORIAM ET PRAXIN
CIRCA MATERIAM

LEGATORVM
**PERSONIS
INCERTIS
RELICTORVM**

BENEVOLO ERVDITORVM IVDICIO
SVBMITTIT

11.21345
JOANNES FRIDERICVS STARCKE
SERVESTA-ANHALTINVS.

SERVESTAE
LITERIS CHRISTIANI BOEHMII ILLVSTR. GYMN.
ACADEM. ANHALT. TYPOGR.

A. O. R. MDCCCLIII.

